1 LIBVIT hoc loco partes orationis atque earum accidentia Græco sermone subiicere: vt Græca Græcè possis inflectere, neque Latinas accidentium voces cogaris admiscere. Octo igitur orationis partes sic à Græcis appellantur, ὄνομα, ῥῆμα, μετοχὴ, ἀντωνυμία, ἄρθρον, ἐπίῤῥημα, σύνδεσμος, πρόθεσις: nomen, verbum, &c. vt in textu numerantur. Accidentia declinabilibus communia sunt, εἶδος, πρωτότυπον καὶ παράγωγον: *Species primitiua & deriuatiua:* σχῆμα ἁπλοῦν, σύνθετον, καὶ παρασύνθετον: *figura simplex, composita, & decomposita:* tamen figura decomposita, id est, quum dictio deducitur ab alia composita, non habet locum in pronominibus aut articulis: neque etiam species in articulis, nisi velis deriuare postpositum à præpositiuo: ἀριθμὸς ἑνικὸς, δυϊκὸς, καὶ πληθυντικὸς: *numerus singul. dual. & plural.* πρόσωπον πρῶτον, δεύτερον, τρίτον: *persona prima, secunda, tertia:* sed persona magis pronomini & verbo quàm aliis conuenit. Porrò partibus, quæ per casus declinantur, accidentia communia sunt, γένος ἀρσενικὸν, θηλυκὸν, καὶ οὐδέτερον: genus mascul. fœm. & neutrum: adde nomini κοινὸν καὶ ἐπίκοινον: commune & promiscuum: πτῶσις εὐθεῖα ἡ ὀνομαστικὴ, γενικὴ, δοτικὴ, αἰτιατικὴ, καὶ κλητικὴ: casus rectus siue nominatiuus, genitiuus, datiuus, accusatiuus, & vocatiuus: articuli tamen vocatiuum non habent. Verbo communia cum participio sunt, χρόνος ἐνεστὼς, παρακείμενος, παρακείμενος, ὑπερσυντέλικος, ἀόριστος, καὶ μέλλων: tēpus præsens, imperfect. perfect. pluſquam perfect. indefinitum, & futurum: γένος ἐνεργητικὸν, παθητικὸν, οὐδέτερον, κοινὸν ἢ μέσον, καὶ ἀποθετικὸν: genus actiuum, passi. neutr. commune siue medium, & deponens. Verbum verò sibi soli vendicat ἔγκλισιν ὁριστικὴν, προστακτικὴν, εὐκτικὴν, ὑποτακτικὴν, καὶ ἀπαρέμφατον: modum indicatiuum, imperat. optat. subiunct.

Spēcies. Figura.

Numerus. Persona.

Genus.

Casus.

Tempus.

Genus. Modus.

Pluralis pro duali, non contrà.

2 & infinitiuum. Sed de his hactenus. 2 Possumus tamen vti plurali, quanuis de duobus tantummodo fiat sermo: atque non rarò inuenies poëtas in eadē periodo nunc hoc nunc illo numero vsos: imò substantiuum interdum in vno

in vno, adiectiuum in altero numero collocãt. idẽ iudicato de relatiuo cũ suo antecedente, ac de verbo cum suo nominatiuo. Cæterum confusus hic dualis ac pluralis numeri vsus habet tantummodò locũ quum de duobus sermo habetur. si enim de pluribus verba fiant, non possumus dualẽ admiscere, sed solo plurali erit vtendum. Assignat hîc generales quasdã regulas communes omnibus orationis partibus, quæ per casus inflectũtur. his si placet adiice sequẽtes: Genitiuus pluralis semper definit in ων. Accusatiuus pluralis in ς, nisi in neutris, Genitiuus & datiuus duales in οιν, vel αιν, nisi in tribus pronominibus primitiuis, de quibus postea: & in quarta declinatione quæ mutat ου tertiæ in ων. Datiuus pluralis fit à datiuo duali migrãte ι in ς, nisi in quinta declinatione, & tribus illis pronominibus. Accusatiuus singularis finitur in ν cum vocali nominatiui, nisi in quinta, & tribus pronominibus, ac neutris quibusdam, quæ accusatiuũ nominatiuo similẽ habent iuxta regulã neutrorũ, quam assignat CLENARDVS in tertia declinatione. Item adiectiua neutra suis masculinis sunt similia in genitiuis & datiuis singularis ac pluralis numeri, atque in toto duali. Cæterum de datiuo singulari finito in ι, aut in diphthongum impropriam α, η, ω, vide Authorem in Annotationibus in declinationes simplices.

Annotatiunculæ.

Latini inter declinandum vsurpant hic, hæc, hoc: Græci verò articulum ὁ, ἡ, τό: quem vocant præpositiuum, quòd nominibus præponatur. Inflectitur autem sic: Masc. Sing. Nominatiuus ὁ, hic. G. τοῦ, huius. D. τῷ, huic. A. τὸν, hunc Dual. N. & A. τὼ, hi & hos, de duobus. G. & D. τοῖν, horum & his, de duobus. Plur. N. οἱ, hi. G. τῶν, horum. D. τοῖς, his. A. τοὺς, hos.

Articuli præpositiui.

Masculinus.

Fœmin. S. ἡ, τῆς, τῇ, τλὼ. D. τὰ, ταῖν. P. αἱ, τῶν, ταῖς, τάς.

Fœmininus.

Neut. S. τὸ, τοῦ, τῷ, τό. D. τὼ, τοῖν. P. τὰ, τῶν, τοῖς, τά.

Neuter.

Articuli vocatiuum ignorant: pro quo in declinationibus vtimur aduerbio vocandi ὦ, ô.

Annotatio de ὦ.

De articulis vide plura post tractatum Pronominum.

DECLINATIONES nominum quinque.

PRIMA est in ας masculinorum, ὁ Αἰνείας, *Æneas*, & in ης, partim masculinorum, ὁ Χρύσης, *Chryses*,: partim communium, ὁ ἢ ἡ λῃστὴς, hic & hæc latro: quorũ ge-

Prima nominũ parisyllabicorũ declinatio. ας ης

[2] nitiuus in [2] ου, datiuus in α vel η diphthõgum impropriam, accuſatiuus in αν, vel [3] ῖω, [4] vocatiuus in α vel η, ſecundum terminationem nominatiui. [5] Dualia & pluralia conueniunt cum articulo fœminino, ablato τ.

Elenchus terminationum primæ.

[6] [7] [8] S. {ας, ης} {α, αν, α. η, ῖω, η.} D. α, αιν. P. αι, [6] ῶν, [7] αις, [8] ας, αι.

Exẽpla primæ.

S. ὁ Αἰνείας, τοῦ Αἰνείου, τῷ Αἰνείᾳ, τὸν Αἰνείαν, ὦ Αἰνεία.

D. τὼ Αἰνεία, τοῖν Αἰνείαιν, ὦ Αἰνεία.

P. οἱ Αἰνεῖαι, τῶν Αἰνείων, τοῖς Αἰνείαις, τοὺς Αἰνείας, ὦ Αἰνεῖαι.

ὁ Χρύσης, τοῦ Χρύσου, τῷ Χρύσῃ, τὸν Χρύσην, ὦ Χρύσης.

ὁ χαλὴ ἡ λιγυρὴς, τοῦ χαλῆ τῆς λιγυρᾶς. & ita deinceps.

Annotatio de Dialectis.

Atticiſmus.

Quinque Græcorum linguæ præcipuæ, Communis, Attica, Ionica, Dorica, Æolica, ex quibus Attici in omni declinatione vocatiuum ſimilem formant nominatiuo, ὁ & ὦ Αἰνείας.

De Dialectis appendix.

ANTEQVAM De varietate huius declinationis ſecundum varia idiomata aliquid dicamus, priùs videndum, quid intelligant Græci per huiuſmodi linguas, ſiue dialectos, aut idiomata: de quibus CLENARDVS in fine huius declinationis nõnihil attigit. quinque enim linguas præcipuas eſſe apud Græcos ait, vtpote quæ à magni nominis authoribus fuerũt celebratæ, & quibus ſcripta penè infinita librorũ volumina poſteritati reliquerũt. Fuerũt verò & aliæ multæ. tot ſcilicet quod fuerunt nationes, quæ Græco ſermone vterẽtur, veluti Bœotica, Sicula, Rhegina, Cretẽſis, Tarẽtina, Cypria, Chalcidica: Macedonica, Argiua, Theſſala, Laconica, Syracuſana, Pãphylica: verũ minùs præcipuæ meritò dici poſſunt, quòd illis nulli libri, qui ad noſtra vſque tẽpora peruenerint, ſcripti fuerũt. Itaque prorſus periiſſent, niſi alij authores ſuis libris quędã ex illis dialectis admiſcuiſſent: vt Ariſtophanes, qui in ſuis comœdiis, quanuis eas Attica lingua ſcripſerit, inducit interdũ perſonas alterius nationis propria dialecto vtẽtes, vt Bœotica Bœoticas mulieres. Alij quoque poetæ propria quædã harũ linguarũ vſurpârunt. Quare nõnulla adhuc illarũ veſtigia apparent: ſed nõ vt earũ, quas Author hoc loco præcipuas vocat. Vt autẽ totum huiuſce rei negotiũ tibi ob oculos proponatur, ac quid Grammatici per idiomata intelligant, penitùs noſcas, exemplo noſtri Gallici ſermonis tibi paucis rem omnem aperiã. Quotquot hodie in foris iudicialibus ditioni Regis ſubditis verſantur, neque ſolùm ibi, ſed paſſim inter omnes fermè nõ omnino obſcuros homines, Gallicè ſcribunt ac loquũtur: nõtamen omnes ita terſè vt ij qui Regis ædes, aut Pariſienſe forũ frequentant: vt iudicatu difficile non ſit (ſi quis eos loquẽtes audiat, vel eorũ ſcripta legat) ad quod idioma illorũ ſermo accedat. Vix enim fieri poteſt, quin aliquid è propria ſiue materna

Linguæ Græcorum præcipuæ. Linguæ minùs præcipuæ.

Gallici idiomatis exẽplo Græcarum dialectorũ varietas exponitur.

terna lingua retineant, etiam illis inuitis, ac Gallica lingua loqui nitentibus: sunt tamen aliqui maximo ingenij acumine prediti, qui quasi vernaculæ linguæ obliti, terso ac puro sermone vtuntur: imò peculiares quasdam phrases ac dicendi modos ex famosarum, & in Gallico sermone magis probatarum vrbium dialectis veluti Atticismos obseruant, quibus quasi quibusdam flosculis non rarò sua scripta ornatiora reddũt. Eodem fermè modo in Græcia olim, omnes sermone quodam communi (cuius præcepta nunc in Grammaticis traduntur) loqui ac scribere nitebantur: sed in eis ferè semper aliquid proprij ac materni idiomatis deprehendebatur, vt in Hippocrate Ioniti, vnde erat oriundus. neque enim illi, cùm in rebus magis quàm in verbis laboraret, curæ erat omnes voculas linguæ communis, quæ ad Atticismum maximè accedebant, obseruare. At rursus aliqui verbis & phrasi non minùs quàm rebus addicti (quales fuerũt Demosthenes, Plato & Lucianus) non solùm ad vnguem communis linguæ phrasim obseruabant, sed etiam, vt communem ditare viderentur, ex aliis idiomatibus, præcipuè ex Attico, nõnullas loquendi formulas, vel etiam peculiares quasdam voces, aut vocum flexus decerpebant: quæ omnia tandem temporis successu communi vsu recepta sunt. Hæc autem intelligo de his authoribus qui prosa oratione scripserũt. nam poëtæ multo maiorem sibi licentiam permiserunt. Quum igitur audis Demosthenem Atticè locutum, & Aristophanem Atticè locutũ, quorum stylus est lõgè dissimilis, quãuis eodem seculo floruerint, ne turberis. nam vterque cõmuni lingua scripsit: sed Demosthenes genere Atticus, quanuis cõmuni sermone, vt ab omnibus Græcis intelligeretur, loqui nitebatur: tamen certas quasdam voces ac dicendi formulas ex Attico sermone depromptas, sibíque familiares retinere gaudebat, quò facundior videretur. Aristophanes verò, vt populo Athieneasi gratus esset, sermone plebi infimę ac mulieribus familiari vti studebat. Vt hodie Lutetiæ videre licet fabularum actores, vt risum auditorum captent, vti sermone mulierc ularum, à communi Gallico nonnihil degenerante. nam r in s non rarò commutant, reliquásque literas blesè ac compressis labiis enuntiant. Patroni verò, qui in foro causas agunt, quanuis purè ac propriè loqui studeant, & aliquid ex Lutetiano sermone decerpant, nonnihílque ex Aureliano, vbi fortè legibus operam nauârunt, ac rursus aliquid ex huius vel illius celebris ciuitatis idiomate, præcipuè verò è Regis domesticorum sermone depromptum: cauẽt tamen maximè, ne mulierc ularum more loqui videantur. si enim illarum sermonem imitarentur, fabula omnibus essent, maximóque risu ab auditoribus exciperentur. Confer nunc Demosthenis orationem cum ea, qua vtuntur hodie patroni in foro Parisiensi: Aristophanis verò comœdias cum fabulis illorum histrionum, qui agendo sermonem Lutetianæ plebeculæ familiarem repræsentant. Itaque, vt eò vnde digressi sumus nostra recurrat oratio, Grammatici per Dialectos, Idiomata siue Linguas, nihil aliud intelligunt, quàm sermonis quandam proprietatem qua distinguitur loquelæ varietas, quæ semper solet contingere inter diuersos eiusdem nationis tractus: cùm hi paulò aliter loquantur quàm illi, ac cuique propriũ quidpiam è natali solo sit insitum: quod si bene auribus sonare videatur, alij quoque vsurpare gaudent: & quod vni vrbi aut nationis paruo tractui proprium erat ac peculiare, aliquo temporis interuallo in cõmunem linguam transfundunt: atque ita illam ditant ex diuersis variorum tractuum proprietatibus, quæ insigne quiddam & auribus gratum cõtinebant. Ne igitur mireris, si videas CLENARDVM, qui de Dialectis nihil prorsus in suis Institutionibus præcipere decreuerat, sed tantùm nõnullum communis linguæ vsum, non semel nunc Atticismos, nunc Ionismos atque alias dialectos inculcare. annotat enim tantummodò quid ex quaque lingua decerpserint ij authores qui communi lingua scripserunt: veluti Demosthenes, Lucianus, Plato, Aristoteles, ac reliqui ferè omnes, qui soluta oratione scripserũt; quã-

Similitudinis vsus.

Hippocrates.

Demosthenes. Plato. Lucianus.

Poëtæ licentiosi. Demosthenes & Aristophanes Atticè & cõmuniter scripserunt.

Clenardi institutũ in tractandis Dialectis. Demosthenes, Lucianus, Plato, Aristoteles, qua dialecto scripserint.

Herodotus & Hippocrates quæ lingua scripserint.

Poëtæ cur variis dialectis usi sint.

Aristop. Hom. Theoc. Alcæus, quæ quisque lingua scripserit.

Herodotus & Hippocrates.

Generalia præcepta de Dialectis.

Æolismus.

uis Atticè scripsisse dicatur, quòd scilicet plura ex Attico quàm alio idiomate decerpserint. Herodotus verò & Hippocrates Ionicè dicûtur scripsisse, quòd plura ex Ionica proprietate quàm ex alia desumpserint. Idem iudicato de reliquis. Nos verò in his Scholiis non solùm quæ ab oratoribus & communi vsu ex variis idiomatibus recepta sunt, annotabimus, sed ea etiam quę poëtæ ex illis arripuerunt vel sua licentia, vt scilicet metri hiatũ implerent, vel etiã nulla carminis necessitate coacti, sed potiùs vt τὸ πεζὸν λόγου φεύγειν euitarent, vel quòd materna dialecto magis delectarentur: vt Aristophanes Attica, Homerus Ionica, Dorica Theocritus, & Æolica Alcęus, quanuis vernaculæ ac sibi familiari alias quoque admisceant. Herodotus etiam & Hippocrates, qui soluta oratione scripserũt, Ionica vtrique vernacula sunt maximè delectati. Cæterùm vt aliquid in genere de his præcipiatur, breui schemate subiiciam, quid vnaquæque dialectus sibi veluti proprium vendicet.

Attica ponit ρ, τ, ζ pro σ,
- θαρρεῖν, pro θαρσεῖν, confidere: id fit dum ρ est ante σ, vt in hoc exemplo.
- γλῶττα, pro γλῶσσα, lingua: hoc semper obseruatur, vbi est duplex σσ: atque interdum vbi est simplex, vt τἠμερον, pro σήμερον, hodie.
- ξύμφορον, pro σύμφερον, vtile: istud habet locum in compositis à præpositione σύν, cum.

Gaudet præterea contractionibus, vt πατρῶος, pro πατρῴος, paternus: hoc fit, quando commodè duæ vocales in vnam possunt contrahi.

Coniungit etiam duas dictiones in vnam, vt τὠνομα, pro ὃ ὄνομα, nomen: istud præcipuè fieri solet præcedentibus ὅ, τὰ, ἃ, ὣ, & sequente dictione quę incipiat à vocali. Vide CLENARDVM circa finem Annotationum in verba.

Ionica η, ει pro
- α, ἡμέρη, pro ἡμέρα, dies: hoc fit, vbi cõmuniter α est longum.
- π, κῶς, pro πῶς, quomodo: hoc fit in interrogatiuis & relatiuis.
- φ, θ, ζ ἀπαιρῶμαι, pro ἀφαιρῶμαι, auferor: hoc obseruatur in cõpositione. nam retinẽt tenues π, τ, vbi cõmuniter mutarentur in φ, θ, Vide CLENARDVM, vbi agit de augmento imperfecti. Habet quoque locum aliquando in simplicibus, vt δέκομαι, pro δέχομαι, suscipio: & δεκόμεθα, pro δεχόμεθα.

Ad hæc Ionica, Atticæ hac in re contraria, nihil contrahit. non enim dicit ποιῶ, sed ποιέω, facio sine crasi.

Dorica pro
- α, α: η. ἁμέρα, pro ἡμέρα, dies.
- α: ω, μωυσᾶν, pro μωυσᾶν, Musarum: hoc fit in genitiuo plurali primæ & secundæ declinationis.
- η: α, ζιῶ, pro ζῆν, viuere: istud habet locum in contractionibus, quę communiter ex αε, & αη in α, & ex αει & αῃ in ᾳ fierent, Doricè verò in η monophthongum.
- η: ει, λαβεῖν, pro λαβῆν, accepisse.
- ω: υ, μῶσα, pro μῦσα, Musa: hoc habet locum in nominibus, & aliquando etiam in verbis, quum nulla est crasis.
- ευ: υ, Δημωσθένης, pro Δημοσθένης, Demosthenis: hoc obseruatur quoties υ venit ex contractione facta ex ευ vel εϋ, & quoties υ in verbis haberet accentum circunflexum, quanuis non veniat ex contractione vt ἅλλομαι, sallio, futurum medium ἁλοῦμαι, & Doricè ἁλεῦμαι, saliam.
- οι: υ, τύπτουσα, pro τύπτουσα, verberans: hæc mutatio fit in participiis fœmininis barytonorum. Æoles quo-

que

que eodem modo ω, ευ, & οι, pro ω ponunt.

τ, σ, ς — σ, τὺ, pro σύ, tu.
θ, σεὸς, pro θεὸς, Deus.
ν, τυπτόμες, pro τυπτόμεθα, verberamus: hoc fit in omnibus primis perſonis pluralibus finitis in μθα.

Dorica: α, αι — pro — ε, αἴκε, pro αἴκε vel εἴκε, ſi: πόκα, pro ποτὲ aliquando.
ει, αἴκε, pro εἴκε, ſi: dicimus etiam αἴκεν & εἴκεν: & ſine pleonaſmo τᾷ κεν, αἰ, pro εἰ, ſi.

φ, τ, κ — οι, πωμδμικὸς, pro ποιμενικὸς, paſtoralis.
κ, τῆνος, pro κεῖνος vel ἐκεῖνος, ille.
τ, πόκα, pro ποτὲ, aliquando.

Detrahit quoque ι ex diphthongo ει, vt λάβεν, pro λαβεῖν, accepiſſe.

In diphthongis impropriis α, η, ω, iota ſubſcriptum negligit, vt τῶ αἰνεία, pro τῷ αἰνείᾳ. Æneæ.

Vtitur etiam interdum caſibus pluralibus pro fœmininis ſingularibus, vt καλαὶ, pro καλὴ, formoſa.

Geminatis quoque ωτ, ττ, πτ pro ſimplicibus vtitur, vt ὅωτον, pro ὅσον, quantum: ὅττι, pro ὅτι, quòd: ὅπττι, pro ὅπτι, vbi, quò.

Æolica: α, ω, ω, ππ, ν — pro — η, ἀμέρα, pro ἡμέρα, dies: id fit Dorum more: ſed Doricè huiuſmodi α producitur, & Æolicè corripitur.
ω, ἰδῶσα, pro ἰδοῦσα, videns: hoc fit præcipuè in participiis fœmininis in ουσα, quæ communiter circunflectunt ῶ.
ο, ὤμιος, pro ὅμοιος, ſimilis.
μμ, ὄσσαττε, pro ὄμματτα, oculi.
ει, ἐλθῆν, pro ἐλθεῖν, veniſſe.

Retrahit etiam accentum acutum ab vltima ſyllaba in penultimam in diſyllabis, & in antepenultimam in polyſyllabis: vt καλὸς, pro καλός, pulcher: ποταμιὸς, pro ποταμός, fluuius.

Addit quoque ι accuſatiuis quorundam nominum fœmininorum, vt καλαὶς, pro καλὰς, pulchras.

Præterea β ante ρ ponit, vt βρόδον, pro ῥόδον, roſa.

Vtitur etiam præpoſitione, κατὰ, pro μετὰ, cum.

Denique dictiones à quacunque vocali inchoatas tenui ſpiritu afficit, vt ἥλιος, pro ἅλιος, ſol.

Dialectorum varietati vbi ſit locus.

Atque hæc de Dialectis in genere dicta ſufficiant. Ne verò credas ea quæ hîc diximus, paſſim in omnibus dictionibus obſeruari. nõ enim iſta locum habent, niſi in certis quibuſdam vocibus, & certis caſibus partium orationis, quę per caſus inflectuntur, atque in certis quibuſdam perſonis & temporibus verborum: veluti planum vnicuique eſſe poteſt & ex iis quæ iam hoc loco attigimus, & ex iis quæ à nobis ſparſim per totam hanc Grammaticam annotabuntur. vſum enim eorum, quæ hîc cum vnico duntaxat exemplo in genere propoſuimus, particulatim oſtendemus, ſi ex iam dictis colligi non poſſit. Adiiciemus quoque nonnullas alias regulas minùs generales iuxta locorum oportunitatem. Hoc itaque in primis fuerit notatu dignum, Iones toto ſingulari & datiuo plurali primæ & ſecundæ declinationis mutare α longum vltimæ ſyllabæ in η (exceptis quibuſdam primæ, quorum Dorica declinatio eſt in vſu, quæ in Annotationum tractatu in declinationes ſimplices à nobis enumerabuntur) & contrà Dores mutare η in α. Atque ita fit, vt Αἰνείας declinetur Ionicè, vt Χρύσης communiter: & rurſus Χρύσης Doricé, vt Αἰνείας communiter. Porrò in datiuo plurali quum α Ionicè migrat in η, iota ſequens ſubſcribitur, ac pro Αἰνείαις dicimus Αἰνείῃς: ſic μούσῃς, pro μούσαις, Muſis.

Annotatio. Ioniſmus. α in η. Doriſmus. η in α. Datiuus plura. Ionicus. αις in ῃς.

Communia in prima non inueniuntur.

1 Nullum aliud nomen primæ declinationis eſt communis generis præterquam λῃστὴς: atque iſtud dicitur commune eadem ratione, qua latro & homo, à Latinis, cùm tamen vix vnquam, ac ne vix quidem, illa epitheto fœminino iuncta inueniantur, aut Græcè aut Latinè. Itaque dicito omnia primæ

Genitiuus ſing. Accuſatiuus.

2 eſſe maſculina. 2 Doricè α: Æolicè & Bœoticè αο: Ionicè εω, accentu in 3 antepenultima: Poëticè verò ω. ex Ionico per craſim. 3 Ionicè interdum 4 εα. 4 Si plura de vocatiuo deſideras, vide Annotationes in declinationes 5 ſimplices, circa principium. 5 Id eſt, ſi ex articulo fœminino dualis ac pluralis numeri auferas τ, habebis terminationes primæ declinationis in iiſdem caſibus & numeris: ſed cùm articulus careat vocatiuo, ſumenda erit nominatiui eiuſdem numeri terminatio. eadem enim habent terminationem, vt

Genitiuus plur. Datiuus. Accuſat.

6 iam ab Authore dictum eſt. 6 Doricè ᾶν: Æolicè & Bœoticè ά ων: Ionicè έων. 7 7 Datiuis pluralibus cuiuſcunque declinationis in ς deſinentibus additur ι, 8 Atticè, Ionicè & Æolicè. 8 Ionicè interdum εας.

Secunda declinatio. α η

SECVNDA declinatio tantùm eſt fœminorum, quæ deſinunt vel in α, ἡ μοῦσα, *muſa:* vel in η, vt τιμὴ, *honor:* genitiuus in ης, datiuus in ῃ diphthongum, accuſatiuus in αν, vel ἰν, vocatiuus in α vel η iuxta terminationem nominatiui. Dualia & pluralia perinde ſe habent atque in prima declinatione.

Elẽchus terminationum ſecũdæ.

1 S. { α, η } { ης, ῃ, } { αν, α. ἰν, η. } D. α, αιν. P. αι, 2 ων, αις, ας, αι.

Exempla.

ἡ μοῦσα, τῆς μούσης, τῇ μούσῃ, τὴν μοῦσαν, ὦ μοῦσα.
ἡ τιμὴ, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ, τὴν τιμὴν, ὦ τιμὴ.

Annotatio.

Finita in δα, θα, εα, & α purum (hoc eſt, quod non ſubſequitur conſonantem) faciunt genitiuum in ας, datiuum in ᾳ diphthongum. Δήδα, Λήδας, Λήδᾳ, *Leda:* Μάρθα, Μάρθας, Μάρθᾳ, *Martha:* ἡμέρα, ἡμέρας, ἡμέρᾳ, *dies:* φιλία, φιλίας, φιλίᾳ, *amicitia.*

Genitiuus plur.

1 VARIETATEM Dialectorum recipit omnino vt genitiuus pluralis primæ. In aliis caſibus nulla eſt varietas, quam ex his quæ iam dicta ſunt, non poſſis colligere. Hoc tamen ſciendum, multa huius declinationis nomina ſyllabæ φι, vel φιν adiectionẽ apud poëtas recipere: quod dum fit, quæ

Paragoge ſyllabæ φι in ſecunda, tertia & quinta.

deſinunt in α, modò illud retinent, modò Ionico more in η mutant, vt εὐεργεσία, εὐεργεσίαφι, Vrania: βία, βίηφι, violentia. quæ verò in η deſinunt, nihil mutant: vt εὐνὴ, εὐνήφι, cubile. Idem accidit quibuſdam nominibus tertiæ: ſed ex ες & ον, ς & ρ priùs abiiciunt, vt στρατὸς, στρατόφι, exercitus: ὀστέον, ὀστέοφι, os

oſſis:

ossis: sic in pronomine αὐτός, αὐτόφι, ipse. In quinta quoque declinatione neutra quædam in ος, & fœminina in ως, idem patiuntur: sed in ος, ο priùs vertitur in ε, vt στῆθος, στῆθεσφι pectus. In fœmininis verò in ὼν, priùs facimus genitiuum in όνος, ac deinde migrante ς in φι fit nomen poëticum, vt ἡ κοτυληδών, genit. τῆς κοτυληδόνος, vnde κοτυληδοφι, coxa. Porrò huiusmodi nomina poëtica, sunt indeclinabilia. Patiuntur præterea hæ tres declinationes apocopen, vt in secunda γλαῦ, pro γλαῦκα, pupilla: in tertia γλάφυ, pro γλάφυξ, antrum: ex κάρηνον verò Atticè fit κάρα, & Ionicè κάρη, caput, non κάρει: in quinta δῶ, pro δῶμα, domus: quod non solùm in nominatiuo, sed per omnes casus singulares huius declinationis fieri solet, vt τῷ Αἴαν, τῷ ἰδρῶ, τὸν Ἀπόλλω, pro Αἴας, ἰδρῶτι, Ἀπόλλωνα, id est, Aiacis, sudori, Apollinem. Huiusmodi apocope fit potiùs syllabæ quàm vnius tantùm literæ. in paucis enim perditur sola litera, vt γάλα, pro γάλακτ, lac: ἄλειφα, pro ἄλειφαρ, pinguedo: sic γλαῦ, de quo suprà.

Apocope in tribus declinationibus.

TERTIA declinatio complectitur masculina, fœminina & communia in ος, ὁ λόγος, *sermo* ἡ ὁδὸς, *via*: ὁ ἡ ἄνθρωπος, *homo*: & neutra in ον, τὸ ξύλον, *lignum*: vocatiuus in ε. genitiuus, datiuus & accusatiuus, item dualia & pluralia sequuntur articulum masculinum & neutrum.

Tertia declinatio. ος ον

S. {ος, ον,} ²ϑ, φ, {ον, ε. ον, ον.} D. ω, ³οιν. P. {οι, α,} ων, οις, {⁴ας, οι. α, α.}

Elenchus terminationum tertiæ. 2 3 4

Exempla.

ὁ λόγος, τοῦ λόγου, τῷ λόγῳ, τὸν λόγον, ὦ λόγε.
ἡ ὁδὸς, τῆς ὁδοῦ, τῇ ὁδῷ, τλὼ ὁδὸν, ὦ ὁδέ.
ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, οὗ καὶ τῆς ἀνθρώπου, &c.
τὸ ξύλον, τοῦ ξύλου, τῷ ξύλῳ, τὸ ξύλον, ὦ ξύλον.

Neutrorum tres casus similes: nominatiuus, accusatiuus & vocatiuus: qui in singulari numero varias habent terminationes in quinta declinatione, pluraliter autem semper exeunt in α.

Annotatio de nominibus neutris.

LOCVS Hic exigit, vt de nominum genere aliquid dicamus, quò possis discernere fœminina aut communia in ος, à masculinis. Ac primùm generales quasdam regulas subiiciemus, quibus sola significatione genus poterit dignosci, tam in quinta quàm tertia declinatione. in aliis enim hæc genera nerum diuersitas non habet locum, nisi paululum in quarta, vt suo loco dicemus. Cæterùm de adiectiuorum genere nihil in his declinationibus à nobis expectes. nam in Annotationibus in nomina adiectiua, illorum genus demonstrabitur. Hîc itaque tantùm de substantiuis agemus: quæ aut propria sunt, aut appellatiua. & propria quidem virorum siue deorum, mẽsium & fluuiorum sunt masculina: propria verò mulierum siue dearum, vrbium, insu-

De nominum genere regulæ generales.
Genus substantiuorum hic solùm traditur.
Masculina propria.
Fœminina propria.

Appellatiua masculi. fœmin. commun.

larum, nauium & fontium, fœminina. Appellatiua verò, quæ ad ſolos mares pertinent, maſculina ſunt, & cognitu facilia, vt ὁ πατὴρ, pater, quæ ſcilicet munus vel officium marium ſignificant: ſic quæ ad ſolas fœminas pertinent, fœminina ſunt, vt ἡ μήτηρ, mater. quæ verò ad vtrunque ſexum referuntur, ſunt communia, vt ὁ καὶ ἡ παρθένος, virgo mas vel fœmina: ὁ καὶ ἡ θεός, deus vel dea: ὁ καὶ ἡ νεβρὸς, hinnulus mas vel fœmina. & ſic de aliis, quoties vnica voce vtimur ad ſignificandum vtrunque ſexum: quanuis in quibuſdam alia etiam ſit vox ad ſignificandam fœminam, vt θεὸς & θεά. per fœminam hîc intelligo non ſolùm mulierem, ſed omnium animalium fœmininum ſexum.

Arbores. Fructus. Exceptio. Annotatio de finitis in ον. Aliæ exceptiones.

Præterea fœminina ſunt arborum nomina: fructuum verò neutra. Ab his omnibus regulis excipe finita in ον. hæc enim ſpreta ſignificatione, ſæpe terminationis genus recipiunt, vt τὸ τέκνον, filius vel filia: τὸ θηλάτριον, filiola. Inueniuntur & alia, præcipuè arborum & fructuũ nomina, quæ has regulas non exactè ſeruant: ſed ea magis notanda quàm imitanda: id verò accidit aut licentia poëtica, aut propter quandam dialecti proprietatem. Reſtat nunc vt dicamus de genere ſubſtantiuorum in ος huius declinationis tertiæ, quũ ſignificatione illud dignoſci non poteſt. Subiiciemus itaque ordine alphabetico primùm fœminina: deinde cõmunia, quæ paſſim legendis authoribus occurrunt. quæ verò hîc non enumerabuntur, maſculina cenſeantur.

FOEMININA.

ἄγγυλος, abceſſus inter nares & maiorem angulum oculorum.
ἄκατος, nauis genus.
ἄμαθος, arena, puluis.
ἄμμος, arena, ſabulum.
ἄμφοδος, biuium.
ἄνοδος, aſcenſus, locus inuius & difficilis acceſſu.
ἄσφαλθος, bitumen.
αὔλαξ, veſtibulùm.
βάτος, rubus.
βένθος, toga.
βίλος, papyrus, iuncus, charta.
γέρανος, grus.
δοκὸς, trabs, tignum.
δόκος, conſideratio.
εἰκὼς, imago.
ἔρεσις, remigatio, remigium.
εἴσοδος, introitus, ingreſſus.
ἐπάνοδος, reditus.
ἔρημος, eremus, ſolitudo.
ζυγὸς, iugum libræ.
ἤπειρος & Doricè ἄπειρος, continens, id eſt, terra firma. item annulus.
ἵππος, equitatus, pro equo verò eſt maſculinum.
κάρδοπος, arca panaria.
κιβωτὸς, arca.
κύφος, vas concauum & exculptum, quod dicitur nauicula.
λαοφόρος, via publica.
λεωφόρος, idem, via regia.
μέθοδος, breuis via.
μίνθος, ſtercus humanum.
νεὼς, nouale.
νεὸς, idem.
νῆσος, inſula.
νόσος, & Ionicè νοῦσος, morbus.
ὄαρος, ſermo, fœmina.
ὁδὸς, via.
περίοδος, circuitio.
πρόοδος, progreſſus.
ῥάβδος, virga, ramus.
σήσαμος, ſeſamum, frumenti ſpecies.
σποδὸς, cinis ſordidus.
τρόφος καὶ τροφὸς, tormen, dolor inteſtinorum.
σφῆν, aceruus.
τρίβος, ſemita.
τρίοδος, triuium.
τροχηλάτος, locus vbi agitatur rota.
ψάμμος, arena.
ψῆφος, calculus.
ψίαθος, ſtorea, teges, ſcirpus è quo contexitur matta.

COMMVNIA, SIVE INCERTI aut dubij generis.

ἄβυσσος, abyſſus.
βάδος, iter.
βένθος, anas, auis.
κάμινος, fornax.
κάπος, foſſa.
κλῆρος, ſors.
κόπρος, fimus.
λιμὸς, fames. Atticè ὁ, Doricè ἡ.
μίτυθος, funis.
ῥάμνος, rhamnus, virgultum ſpinoſum.
ῥάφανος, raphanus.
ῥινὸς, pellis, ſcutum.
σορὸς, vrna.

σάμνος, vrna, calathus. σύνοδος, concilium. χηλὸς, arca, loculus.
σεκτὸς, exercitus. ὕαλος, & Atticè ὕελος, vitrum. χηλὸς, pabulum.
ψάμαθος, arena.

Inuenientur fortè quædam alia fœminina communiáve, quàm quæ hîc enumerantur: sed certè pauciſſima, eáque præcipuè aut nomina herbarum, aut animalium: vt ἡ φλόμος, ſiue ἡ φλόνος, verbaſcum herba: ἡ φόνος, atractylis, fuſus agreſtis: ſic ἡ ἄμπελος, vitis, cum ſuis compoſitis: vt ἡ ἀχριάμπελος, ſiue per ſyncopen ἀχριάμπλος, labruſca, vitis agreſtis: ſic ὁ vel ἡ γλάνος, glanus fera, quæ & hiæna. quæ omnia recenſere noluimus, quòd maxima ex parte nimis eſſent incerta, neq; illa fœmininis epithetis iuncta legiſſemus. ſunt enim parum vſitata. Inuenientur rurſus quædam huc congeſta, quæ in lexicis alterius generis eſſe deprehẽdentur. Verùm illis hac in re non eſt omnino fides adhibenda. nam ſunt plærunque deprauata. Idem iudicato in nominibus quintæ, quæ ſuo loco eodem modo enumerabimus. Porrò genere variantia quære inter Heteroclita. [2] Atticè, Ion. & Theſſalicè οι. Dor. ω [3] Ion. οιν. [4] Doricè ως & ος.

Herbæ. Animalia.

Genitiuus ſing. Genitiuus dua. Accuſat. plur.

QVARTA declinatio [1] Atticorum eſt propria vertentium vocales præcedentis declinationis in ω: alioqui genere conſentit. nam continet maſculina, fœminina & communia in ως, ὁ Μενέλεως, *Menelaus*: ἡ ἄλως, *area*: ὁ καὶ ἡ εὔγεως, *fertilis*: & neutra in ων, τὸ εὔγεων, *fertile*. Omnes caſus [2] deſinunt in ω: vertitur enim ο in ω, οι in ῳ ſuſcribendo iota, ϒ in ω abiecto υ. Neutrorum quoque α migrat in ω, hoc modo,

Quarta declinatio.

ως
ωι

S. { ως, ων, } { [3]ω, ῳ, } { ων, ω. [4]ως. ων, ω. } D. ω, ῳ. P. { ῳ, ω, } { ων, ως, } { ως, ῳ. ω, ῳ, }

Elenchus terminationum quartæ.

ὁ Μενέλεως, τοῦ Μενέλεω, τῷ Μενέλεῳ, τὸν Μενέλεων, ὦ Μενέλεως.
ἡ ἄλλως, τῆς ἄλλω, τῇ ἄλλῳ, τὴν ἄλλων, ὦ ἄλλως.
ὁ καὶ ἡ εὔγεως, τοῦ καὶ τῆς εὔγεω, τῷ καὶ τῇ εὔγεῳ.
τὸ εὔγεων, τοῦ εὔγεω, τῷ εὔγεῳ, τὸ εὔγεων.

Exempla.

Quatuor prædictæ declinationes appellantur pariſyllabicæ, quòd obliqui ſint nominatiuo pares ſyllabis.

Declinationes pariſyllabicæ.

HÆC Atticorum declinatio à communibus in quibuſdam tantùm nominibus eſt recepta: nempe in iis quæ hîc & in Annotationibus in declinationes ſimplices à CLENARDO recenſentur, atque in his quæ ſequuntur:

Atticorũ declinatio in quibus nominibus recepta ſit ab iis quæ communi lingua ſcripſerũt.

γαλόως καὶ γαλως, ἡ, glos, ſoror viri.
ἐντέως, ὁ, mutus.
ἵλεως, ὁ, ἡ, propitius: vnde ἀνίλεως, ὁ, ἡ, immiſericors.
κάλως, ὁ, vel (vt alij volunt) τὸ, funis, rudens.
ὀρφὼς, ὁ, orphus, genus piſcis.
πλέως, ὁ, ἡ, plenus: vnde ὁ καὶ ἡ ἀπάλεως, ἐκπλεως, ὑπόπλεως, idem quod πλέως.
σῶς, ὁ, ἡ, ſaluus integer.
χρεῶν, τὸ, ſiue τὸ χρεῶς, debitum: vnde ὁ ὑπόχρεως, debitor: & ὁ καὶ ἡ ἀξιόχρεως, fide dignus.

His adde quædam compoſita à γῆ ſiue γαῖα, terra: quæ penultimam corripiunt, vt alia huius declinationis omnia, veluti.

ἀνώγεων, τὸ, cœnaculum, quaſi ἄνω τῆς γῆς ὤν, ſupra terram exiſtens, ſiue à ſolo ſubductum. erant enim cœnacula in ſuperiori ædium parte. in tertia dicemus ἀνώγαιον per diphthongum αι: ſed quarta in his magis recepta eſt.
βαθύγεων, τὸ, profundam terram habens, terra profunda.
λυπρόγεως, ὁ, terra ſterilis.

Sic quædam compoſita à κέρας, caro, & κέρας, cornu, vt

ἀπόκρεως, ὁ, carniſpriuium.
δίκερως, ὁ, ἡ, bicornis.
εὔκερως, ὁ, ἡ, pulcra habens cornua.
πολύκερως, ὁ, ἡ, multicornis.

Finita in ως quarta vel quinta. Propria in αος & εος.

SVNT Et alia in ως, quę per quartam vel quintam declinationem flectuntur, de quibus vide tractatum Heteroclitorum. Sunt prętereà multa propria, quorum Attica declinatio eſt in vſu: pręcipuè verò quæ communiter definerent in αος, vel εος, vt Μενέλεως, Ἀνδρόγεως, pro Μενέλαος, Ἀνδρόγεος:

Monoſyllaba circunflexa.

2 & monoſyllaba circunflexa, vt κῶς, Cos inſula.

Genitiuus ſing.

2 Id eſt, habent in vltima

Vocatiuus ſing.

3.4 ſyllaba ω. 3 Poëticè ῶο, vel ῷο, puncto ſubſcripto, ab Ionico tertię οιο. 4 Vocatiuus eſt ſimilis nominatiuo, more Attico, vt dictum eſt in prima declinatione.

Quinta declinatio.

QVINTA declinatio imparisyllabica complectitur 1 omnia genera, & terminationes plurimas. Genitiuus nominatiuum ſuperat, exiens in ος, datiuus in ι, accuſatiuus in α, vocatiuus 2 2 ſæpe idem cum nominatiuo. Dualis nominatiuus ε, genitiuus οιν. Pluralis nominatiuus ες, genitiuus ων, datiuus σι, accuſatiuus ας. At neutrorum plurale in α.

Elenchus terminationum quintæ.

S. { Nomi. / varius, ος, ι, α. } { Voc. / var. } D. ε, οιν. P. { ες, / α, } { ων, σι, } { ας, ες, / α, α.

Exemplum.

S. ὁ Τιτὰν, τοῦ Τιτᾶνος, τῷ Τιτᾶνι, τὸν Τιτᾶνα, ὦ Τιτάν.
D. τὼ Τιτᾶνε, τοῖν Τιτάνοιν, ὦ Τιτᾶνε. P. οἱ Τιτᾶνες. τῶν Τιτάνων, τοῖς Τιτᾶσι, τοὺς Τιτᾶνας, ὦ Τιτᾶνες, *Titan.*

Genera.

1 QVOMODO Hæc genera ſignificatione dignoſcantur, ſatis abundè diximus, quum de tertia declinatione ageremus. ea verò quæ authoritate ſolùm vel terminatione percipi poſſunt, in ſequentibus indicabimus, ſingulas terminationes eo ordine, quo ab Authore diſpoſitæ ſunt, diſcutientes, ac vni-

vnicuique illarum ſuum genus aſſignantes. Quanuis autem hæ terminationes variæ ſint ac multiplices, poſſunt tamẽ ad nouem reduci, quatuor ſcilicet vocales, α, ι, υ, ω, & quinque conſonantes, ρ, ξ, ρ, ς, ψ. nam nullum nomen Græcum deſinit in ε, ο, ζ, λ. μ, aut in aliquam mutam, exceptis Barbaris aut Hebræis, vt ἀστρυβαλ, Aſtrubal: ἀδὰμ, Adam, &c. quæ tamen reduci poſſent ad declinationem Græcam, nempe ad tertiam, & finirẽtur in ος, ἀστρύβαλος, ἄδαμος, &c. Portò finita in η non reperiuntur in quinta declinatione: ſed omnia ſunt ſecundæ. [2] Circa finem huius declinationis indicabuntur ea nomina quæ vocatiuum nominatiuo ſimilem non habent. ibi etiã agetur pluribus de accuſatiuo ſingulari, & datiuo plurali.

Terminationes quintæ nouem, α, ι, υ, ω: ρ, ξ, ρ, ς, ψ.

2 *Vocatiuus.*

TERMINATIONES
quintæ declinationis.

[1] Finita in α formant genitiuum in ατος: τὸ βῆμα, τοῦ βήματος, *altare, tribunal, ſuggeſtum.* 1 *Genitiuus quintæ.* α, ατος.

[2] Nomina literarum ſunt indeclinabilia, τὸ ἄλφα, βῆτα, δέλτα. 2 *Annotatio.*

ι, ιτος, [3] vnum ſubſtantiuum, τὸ μέλι, μέλιτος, *mel.* 3 ι, ιτος.

Adiectiua neutra communium legem ſeruant: ὁ καὶ ἡ εὔχαρις, τὸ εὔχαρι, εὐχάριτος, *gratioſus, a, um*: ὁ καὶ ἡ φιλόπατρις, τὸ φιλόπατρι, φιλοπάτριδος, *patriæ ſtudioſus, a, um.* ſic etiam τὸ πᾶς, παντός, vt commune ὁ καὶ ἡ πᾶς, παντός, *aliquis, aliqua, aliquod.* *Adiectiua in ι.*

ι, [3] ιος: τὸ σίναπι, σινάπιος, *ſinapi*: de quo [4] aliâs. 3.4 ι, ιος.

υ, [5] υος: τὸ γόνυ, γόνυος, *genu, geniculum.* 5 υ, υος.

υ, [5] εος: τὸ ἄστυ, ἄστεος, *vrbs*: τὸ πῶϋ, πώεος, *grex ouium, ouile.* υ, εος.

Sic neutra maſculinorum in υς ὁ ἡδὺς, τὸ ἡδύ, ἡδέος, *iucundus, um, ſuauis & ſuaue.* *Adiectiua neutra in υ.*

ω, όος: ἡ Λητὼ, Λητόος, *Latona,* [6] eſt declinationis contractorum. 6 ω, όος.

FINITA In α, ι, vel υ, omnia ſunt neutra abſque vlla exceptione. 1 *Finita in α, ι, υ, neutra ſunt, in ω fœmin.*
Sic finita in ω, omnia ſunt fœminina. [2] De finitis in α videtur Author tantùm intellexiſſe, non autem in genere de omnibus literarum nominibus: quanuis locum quoque habeat in reliquis, exceptis quatuor, quarum nomen adiectiuo indicatur, nempe ε ψιλὸν, υ ψιλὸν, ο μικρὸν, ω μέγα, quæ declinantur more adiectiuorum ψιλὸν, μικρὸν, & μέγα, quod facit in genitiuo μεγάλου, vt habes in tractatu Heteroclitorũ circa finem. olim tamen harum vocalium nomina erant, ε, υ, ο, ω, vt Latinatum, e, i, o: verùm poſtea his addita ſunt epitheta ad indicandum aliquod diſcrimen, vt ε vocatum ſit ψιλὸν, id eſt, paruũ vel tenue, ad differẽtiam η vocalis lõgæ, quæ vt e ferme proferebatur: veluti diximus pag. 2. verſ. 19. ſic υ, dictũ fuit ψιλὸν ad differẽtiã diphthõgi ου. 2 *Nomina literarum quatuor declinabilia: & quare declinentur.* ε, η. υ, ου.

olim enim (vt loco citato attigimus) υ & ϒ proferebantur vt u Latinum, ο quidem vt u hodie pronuntiatur à Gallis: ϒ verò, vt u ſonat hodie Italis. Cæterùm ο & ω, quæ eodem ferme modo proferebantur, varia epitheta ſortita ſunt iuxta quantitatis differentiam: ο quidem μικρὸν, id eſt, paruum dictum eſt, quia breuem facit ſyllabam: ω verò μέγα, id eſt, magnum quòd ſua natura ſyllabam producat. [5] Rectè dicit, vnum. nam ea quæ faciunt ιος, vt σίνηπι, barbara ſunt, & non propriè Græca. Inueniuntur tamen compoſita è μέλι, quæ etiam faciunt ιτος, vt εἰνόμελι, mulſum: ὀξύμελι, acetum mulſum: ὑδρόμελι, aqua mulſa. [4] In ſecunda declinatione contractorum. [5] Proponuntur ab Authore in hac declinatione multæ nominatiui terminationes, quarum ſingulæ varias genitiui formas recipiunt, vt υ, υος vel εος: de quibus quidam Grammatici prolixè tractarunt: nos tamen hęc curiosè perſequi noluimus, quòd & nimis longum eſſet, & quia in multis id fieri non poſſit, niſi adducatur ſyllabaria vocalium ancipitum quantitas, aut accentuum ratio, aut generum notio: quæ multò minùs nota ſunt, quàm ea propter quę declaranda adducũtur. Quod quanuis Grammatici vulgò factitare ſoleant, ego ſemper ridiculum exiſtimaui: cùm omnis diſciplina à facilioribus & magis notis ad obſcuriora & minùs nota progredi debeat. Quare nominum quorundam genus & accentum, vocaliúmque ancipitum quantitatem, potiùs per genitiui terminationes (quæ per ſe ſatis notæ ſunt, ſi quis nonnullum huius linguæ vſum, authorum lectione ſibi compararit) quàm contrà genitiui terminationes per illa, quæ multò ſunt difficiliora, cẽſeo eſſe explicanda. velim tamen interdum, ſi commodè id fieri poſſit & cum aliquo lectorum emolumento, adduci dictionum genus, accentum, & quantitatem ad deſignãdam quandam terminationum notitiam: vt ſi hoc loco dicam, Subſtantiua in υ, penultimam corripientia faciunt υος: quæ verò penultimam producunt, faciunt εος, cum omnibus adiectiuis. hac quidem regula non poteris facilè cognoſcere quare τὸ δάκρυ, id eſt, lacryma, potiùs faciat δάκρυος, quàm δάκρεος: cùm penultimæ quantitas non ſit cuiuis cognitu facilis: in δόρυ verò, id eſt, haſta, quiuis cognoſcet penultimam eſſe breuem, cùm ſit ο μικρὸν: quare ſtatim dicet τοῦ δόρυος. Itaque hæc regula non fuerit omnino inutilis, ſed non ſatis certa. Hanc verò inutilem prorſus iudicauerim, Finitiua in ας acutitona, άδος in genitiuo faciunt: quia nullo modo potes ſcire quæ finita in ας vltimam acuant, niſi ex genitiui terminatione. cogèris enim in Accentuum tractatu conuerſam hanc regulam audire, hoc modo: Finita in ας, facientia in genitiuo άδος, vltimam acuunt. Ex quibus regulis nihil certi potes colligere. Itaque velis, nolis, ad vſum alterutrius recurras neceſſe fuerit. Faciliùs verò vſus te docebit quæ nomina in ας, άδος faciant (vnde acutitona eſſe conclude) quàm noſſe quæ in ας acutitona ſint, vt indè inferas, declinari per άδος. Vides igitur eſſe multa vſu percipienda, nec poſſe omnia (niſi ridiculi ſæpenumero velimus eſſe) regulis comprehendi. Quare ne mireris, ſi interdum ad huiuſmodi varium eiuſdem terminationis genitiuum indicandum regulis certis vtamur, interdum verò nihil certi præcipiamus: ne ſcilicet facilia per difficilia, & per tenebras lucem videamur indicare. [6] Vide quartam declinationem nominum contractorum.

ο, ω.

Subſtantiua in ι barbara ſunt, præter μέλι cũ compoſitis..

De diuerſitate terminationum genitiui certæ regulæ vbique tradi non poſſunt, niſi velimus per ſe ſatis nota per ignotiora & minùs nota explicare.

Regula de finitis in υ non omnino inutilis.

Regula de finitis in ας, prorſus inutilis.

Vſu multa percipienda.

αν, ανος.

αν, ανος: ὁ παιάν, παιᾶνος, *pæan, genus cantilenæ in laudem alicuius:* ὁ Πάν, Πανὸς, *Pan, deus paſtorum:* τὸ μέλαν, μέλανος, *nigrum atramentum.*

αν, αντος.

αν, αντος, participia ſunt, τὸ τύψαν, τύψαντος, *verberans, vel quod verberauit.* Sic adiectiuum τὸ πᾶν, παντὸς

παντὸς *omne*, more maſculini πᾶς, παντὸς, *omnis*.

Dvo Hîc notanda: primùm, Omnia ſubſtantia in αν, eſſe maſculina: adiectiua verò ſiue participia (vt ſuo quoque dicetur loco) eſſe neutra: deinde Participia in αν & adiectiuũ πᾶν, facere in genitiuo αντος: reliqua verò omnia αvος. Porrò huiuſmodi participia ſunt aut aoriſti primi vocis actiuæ quoruncunque verborum, aut præſentis vel aoriſti ſecundi eiuſdem vocis, ſecundæ coniugationis verborum in μι. *Annotatio de finitis in αν.* *Participia in αν vbi inueniantur.*

εν, ενος: τὸ τέρεν, τέρενος, *tenerum*. εν, ενος.

εν εντος: τὸ χαρίεν, χαρίεντος, *gratum vrbanum*, vt maſculinum χαρίεν, *gratus*. ſic participia, ὁ τυφθεὶς, τὸ τυφθὲν, *verberatus, verberatum*. εν, εντος.

Observabis Hîc, omnia in εν eſſe neutra atque adiectiua vel participia: & quæ à communi ω, facere ενος, reliqua εντος. Cæterùm hæc participia ſunt vel alterius aoriſti paſſiui: vel præſentis ſiue aoriſti ſecundi vocis actiuæ verborum primæ coniugationis in μι. *Notio de finitis in εν.* *Participia in εν vbi inueniãtur.*

ιω, ιωος: ὁ Ἕλλιω, Ἕλλιωος, *Græcus*: ἡ σειρὴν, σειρῆνος, *ſiren apis genus, aut certè domuncula, & Siren fabuloſarum mulierum vna*. ιω, ιωος.

ιω, ενος: ὁ ποιμὴν, ποιμένος, *paſtor*: ἡ φρὴν, φρενὸς, *mens*: ὁ ἢ τέρην, τέρενος, *tener, tenera*: cuius neutrum τὸ τέρεν, τέρενος, *tenerum*. ιω, ενος.

Disyllaba In μὴν, & adiectiua quæcunque in ην, cum his ſubſtantiuis ὁ ἀδὴν, tumor in gutture glandium inſtar: ὁ ἀζὴν, barba: ὁ αὐχὴν, ceruix: ὁ ἔρην, puer: & ἡ φρὴν, faciunt ενος: reliqua ινος. atque hæc, quæ ινος faciunt, fœminina ſunt, præter ὁ κηφὴν, fucus, veſpa ſterilis: ὁ σφὴν, cuneus: ὁ σωλὴν, canalis, fiſtula: atque ὁ ἢ ἡ χὴν, anſer. nam alia maſculina ſignificatione dignoſcuntur, vt ὁ ἕλλην, cum compoſitis. Quæ autem per ενος flectuntur, maſculina ſunt, præter ἡ φρὴν, & adiectiua, de quibus ſuo loco. *Regulæ de ην.* ενος. ινος. *Fœminina.* *Maſculina.*

ιν, ινος: ὁ δελφὶν, δελφῖνος, *delphin piſcis*: ἡ ἀκτὶν, ἀκτῖνος, *radius*: cuiuſmodi nominatiuus etiam per ις, δελφὶς, ἀκτὶς. ιν, ινος. ιν, vel ις.

Compoſita Maſculina ſunt, atque hæc tria, ὁ λὶν, litus: ὁ ἰκτὶν, milus: ἰν, genus menſuræ: quum verò ſignificat venam, aut vim, eſt fœminini. reliqua ſimplicia fœminina. δελφὶν verò, quanuis ab Authore veluti maſculinum ponatur, ab aliis tamen commune dicitur, ὁ ἢ ἡ δελφίν. *Maſculina.* *Fœminina.*

ον, ονος: τὸ μεῖζον, μείζονος, *maius*, à communibus in ων. ον, ονος.

ον, οντος, participia ſunt, τὸ τύπλον, τύπλοντος, *verberãs*. ον, οντος.

ουν, οδος. ουν, οδος : τὸ δίπουν δίποδος, vt commune δίπους, *bipes.*

ουν, οῦντος. ουν, οῦντος, participia ſunt : τὸ τυπτοῦν, τυπτοῦντος, *verberaturum.*

ον & ουν neut. οδος, οντος. οντος. οῦντος. *Participia in* ον. *Participia in* οῦν.

Omnia In ον & ουν neutra ſunt, atque vel adiectiua à communibus in ων & ους : vel participia. & in adiectiuis quidem ον facit οντος, & ουν, οδος : in participiis verò ον, οντος, & ουν, οῦντος. Cæterùm participia in ον, ſunt vel præſentis, vel aoriſti ſecundi, vel futuri primi barytonorum vocis actiuæ : aut præſentis, ſecundíve aoriſti eiuſdem vocis verborum tertiæ coniugationis in μι, finita verò in οῦν ſunt quoque omnia vocis actiuæ vel futuri ſecundi in qualibet coniugatione, vel primi in quinta, vel præſentis in prima & tertia verborum circunflexorum.

ων, ωνος. ων, ωνος : ὁ μόσϋν, μόσϋνος, *turris, domus lignea :* ἡ Γόρτϋν, *Gortyn, ciuitas Cretæ :* quorum nominatiuus etiam in υς deſinit : ὁ Φόρκυν, vel ' Φόρκυς, *Phorcys, Neptuni filius & Meduſæ pater.*

ων, ους. ων, ωνος : ὁ πρίων, πρίονος, *ſerra :* ἡ χελιδὼν, χελιδόνος, *hirundo.* & communia, ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων, εὐδαίμονος, *felix :* & ita comparatiua, ὁ καὶ ἡ κρείσσων, κρείσσονος, *melior :* quorum neutra in ον, τὸ εὐδαιμον, εὐδαίμονος, *felix, beatum :* τὸ κρεῖσσον, κρείσσονος, *melius.*

ων, ωντος. ων, ωντος : ὁ Ξενοφῶν, Ξενοφῶντος, *Xenophon.*

ων, οντος. ων, οντος : δράκων, δράκοντος, *draco.* & participia, ὁ τύπτων, τύπτοντος, *verberans.*

ων, υντος. ων, ύντος participia ſunt : τὸ ζευγνὺν, ζευγνύντος, *iungens,*

ωος. *Maſculina. Participia in* ων.

Finita In υν, omnia faciunt ωος, niſi ſint participia : ſunt quoque omnia maſculina, niſi ſignificatio impediat (vt in Γόρτυν, quia eſt proprium vrbis) aut participia fuerint : quæ neutra ſunt, atque præſentis temporis vocis actiuæ, quartæ coniugationis verborum in μι. Hoc etiam declinatur per υος, τῷ Φόρκυος. Vel Doricè ὁ Φόρκυς, τῷ Φόρκυ, τῷ Φόρκυ ablato ς, vt multa alia, de quibus in Annotationibus in declinationes ſimplices.

In ων *maſcul. Fœminina.*

Nomina In ων, quorum genus ſignificatione dignoſci non poteſt, maſculina ſunt, præter ſequentia fœminina,

ἀκροχορδὼν, verruca. ἀμπελὼν, vinea, vitis. ἀρραβὼν, pignus.
ἅλων, area. ἀνθερεὼν, mentum. βοὼν, cuſtodia apud Alexan-

xandreos.
ἐἰκὼν, imago.
λἰτὼν, littus.
λαθεδὼν, obliuio.
σηπεδὼν, putredo.
σιαγὼν, maxilla.
σινδὼν, linteum.
τηκεδὼν, tabes.
τρήρων, columba.
τριβὼν, palliolum.
τρυγὼν, turtur.
χελιδὼν, hirundo.
χθὼν, terra, ſolum.
χλιδὼν, ὄνος, delitiæ, ornatus muliebris.
χλιδὼν, ῶνος, armilla.
His adde omnia finita in ηδων. *In* ηδων *fœmin.*

Hæc præterea ſunt modò maſculina, modò fœminina, μελεδὼν, cura: μήχων, papauer: νιφὰς, nix: ἱματὶς, veſtis. Nũc de genitiui varietate, ſi nõ omnia, tamen aliquid dicamus: quãuis & hoc vſu potiùs quàm præceptis diſcere præſtabat. nihil enim certi de his poteſt præcipi, niſi (vt anteà dixi) per ſe ſatis nota per difficilima velimus explicare. Faciunt igitur ωνος per ω μεγα omnia ferè ſubſtantiua maſculina, & fœminina vrbium, quæ non deſinunt in ηδων. Nã omnia finita in ηδων, atque adiectiua, & ſubſtantiua fœminina faciũt ονος per ο μικρὸν. Ex adiectiuis excipe αἴθων, ardens: & εἴρων, cauillator, non vera dicens: ex fœmininis verò ἀκροχορδὼν, vel ἀκροχορδὼν, ἄλων, ἀμπελὼν, ἀρραβὼν, βοὼν, τριβὼν, χλιδῶνες, armillæ: his adde duo incerti generis, μελεδὼν, μήκων: quæ omnia faciunt ωνος per ω μεγα. Porrò pauca ſunt, quæ faciunt in ῶντος per ω μέγα, quæ omnia ſunt maſculina, & maxima ex parte propria virorum circunflexa, quæ à Latinis per ontis declinãtur: vt Xenophõ, Xenophõtis: ſic Phaëthon, Demophoon, &c. In ουντος verò per ο μικρὸν facientia vix alia inuenias quàm hæc quatuor δρακὼν, λέων, γέρων, θερακὼν, draco, leo, ſenex, famulus: & participia actiuæ vocis in ων non habẽtia circunflexũ: quæ ſunt vel præſentis temporis, vel aoriſti ſecundi, vel futuri primi. quæ verò accẽtu circunflexo notãtur & habẽt neutrũ in οῦν (quæ enumerauimus quũ de ευν ageremus, 22. 9.) ea ῦντος quoque faciũt. de illis autẽ nullã mẽtionẽ fecit hoc loco CLENARDVS, Cæterùm ea, quorũ neutrum ſimiliter in ῶν per ω μέγα circunflexũ deſinit, per ῶντος flectuntur, & ω μέγα ſeruant: ſuntque præſentis tẽporis vocis actiuæ, ſecundæ coniugationis verborum circunflexorum. Id autem accidit propter craſim, quæ fit ex α & ο in ω, vt ſuo videbimus loco.

In ων *commu-nia.*
Genitiuus.
ωνος.
ονος.
Exceptio.
ωνος.
ῶντος.
ontis.
ουντος.
Participia in ων.
ῦντος.
ῶντος.

ξ, in κος, γος, χος: ὁ θώραξ, θώρακος, *pectus, thorax*: ἡ κύλιξ, κύλικος, *poculum, calix*: ὁ ἅρπαξ, ἅρπαγος, *rapax*: ἡ ἀλώπηξ, ἀλώπεκος, *vulpes*, mutat η in ε: ἡ θρὶξ, τριχὸς *capillus*, ' pro aſpirata ſumit tenuem. τ pro θ. ὁ ἄναξ, ἄνακτος, *rex*: ἡ νὺξ, νυκτὸς, *nox*, interiecto τ. ξ in { κος. γος. χος.

ξ κος.

FINITA In ξ, maſculina ſunt, aut fœminina, aut communia: neutra verò nunquam. & fœmina quidem pauca ſunt, & communia pauciſſima, ſi cum infinita maſculinorum multitudine conferantur. Itaque fœminina & communia ſiue incerta, quorum genus ſignificatione cognoſci non poteſt, hìc enumerabimus: reliqua verò intelligentur maſculina. Hæc igitur ſunt fœminina.

Genus finitorum in ξ.

Maſculina.
Fœminina.

ἀλώπηξ, vulpes.
ἄντυξ, ambitus, orbis.
αὖλαξ, ſulcus.
θρῖδαξ, lactuca.
κλῖμαξ, ſcala, ſeu ſcalæ.
κύλιξ, poculum.
κλῶμαξ, aſperitas.
κρὶξ, capillus, & crex auis.
λάρναξ, vrna, arca.
μάστιξ, eſca, bruchus.
μαστὶξ, flagellum.
μύρμηξ, formica,
μύστακ, labrum, barba menti.
ὄμφαξ, vua acerba & immatura.
οὖρηξ, vrax auis.
πήληξ, galea, caſſis.
πῆδαξ, fons.
πτέρυξ, γος, ala.
ῥώπιξ, fluuialis ſcaphæ genus.
σμώδιξ, vibex, liuor ex percuſſione.
σπάδιξ, genus muſici inſtrumenti.

τύρναξ,

COMUNIDAD AUTÓNOMA DE LA D.G. DE CULTURA
CONSEJERÍA EDUCACIÓN CULTURA Y DEP.
BIBLIOTECA PÚBLICA

τύραξ, odoris genus.
τέτριξ, tetrix auis.
ὕστριξ, hiſtrix, herinacij ſpecies.
φάλαγξ, internodiũ in digitis, & phalanx ordo militaris.
φάσαγξ, vallis.
φοῖνιξ, phœnix auis.
χάραξ, vallus, id eſt, palus cui vitis alligatur.
χοῖνιξ, chœnix, ſemodius.

His adde finita in ιγξ, & monoſyllaba non deſinentia in ωξ.

Excipiuntur tamen ſequentia maſculina.

Maſculina.
βλὰξ, ſtolidus.
δνὶξ, vermis lignũ corrodens.
ἰξ, vermis vitiũ.
πνὺξ, conſilij locus apud Athenienſes.
πρὸξ, hinnulus, dama.

Et ſequentia communia.

Communia.
αἶξ, αἰγὸς, capra.
ἄμπυξ, reticulum muliebre.
βὴξ, βηχὸς, tuſſis.
ἴλιξ, vitium capreolus.
πέρδιξ, perdix auis.
πῦξ, πυχὸς, flexus.
σφὴξ, veſpa, fucus.
τρὴξ, γὸς, fæx.
ῥὰξ, γὸς, acinus vuæ.

Præter hæc, communia ſunt,
σκύλαξ, catulus.
φάρυγξ, γὸς, guttur. faux.

Genitiuus. VSVS te docebit, quę declinentur per κος, & quę per γος, aut χος: ſcito tamẽ multo maiorem eſſe numerum eorum quæ κος faciunt, quàm quæ γος aut χος. Rurſus plura per γος, quàm per χος declinari. nam pauciſſima ſunt quę habeant χ in obliquis: nempe finita in ευξ, ωυξ, & ωξυξ, cum quibuſdã aliis. In γος verò faciunt finita in πλὴξ, & quæ ante ξ habent γ, & ſuperbiſyllaba in υξ, modò habeant α in penultima, & quæ habent in penultima ομαχρὸν, modò nõ deſinant in ευξ, & quæ fiunt à verbis in γω & ζω, & fœminina in υξ, cum compoſitis: compoſita enim ſimpliciũ formam ſequuntur. Reliqua verò præſertim fœminina, & diſyllaba communia, quæ ſuperiùs enumerauimus, habẽt κ in obliquis, præter μάστιξ, τέτριξ. & finita in γξ, quæ habent γ. Horum omnium exempla tibi paſſim legendis authoribus occurrẽt.

Compoſita. *κος.* *γος.* *χος.*

1 1 Hoc fit propter aliam aſpiratam χ aduenientem: in datiuo verò plurali rurſus aſſumit θ, ταῖς θριξί. non enim ſequitur aſpirata χ, ſed ξ, vt in nominatiuo.

αρ, αρος. αρ, αρος: ὁ μάκαρ, μάκαρος, *beatus*: ἡ δάμαρ, *uxor*: τὸ νέκταρ, *nectar, cibus, vel, vt alii volunt, potus deorum.*

ἀρ, ατος. ἀρ, ατος: τὸ ἧπαρ, ἥπατος, *iecur, hepar*: τὸ δέλεαρ, δελέατος, *eſca, ad capiendum illecebra.*

ατος. SVPERBISYLLABA In αρ faciunt ατος. idem accidit diſyllabis quorum penultima eſt κ aut diphthongus, quibus adde φέαρ, adeps φρέαρ, puteus, ab antiquis φεῖαρ, φρεῖαρ. quorum autem penultima eſt ω, indeclinabilia ſunt, vt ὁ μῶμαρ, ſtultus, ſic τὸ ὄναρ, ſomnium, quanuis penultima ſit ομικρὸν. Reliqua, quæ hac regula non comprehenduntur, faciunt αρος.

Indeclinabilia in ἀρ. *αρος.* *Neutra.*

Porrò declinata per ατος, neutra ſunt omnia: ſic flexa per αρος, paucis exceptis, quorum genus ſola ſignificatione cognoſcitur.

ειρ, ειρος. ειρ, ειρος: ὁ φθεὶρ, φθειρὸς, *pedunculus*: ἡ χεὶρ, *manus*: ὁ κυὰ ἀντίχειρ, *pollex.*

Communia. MVLTA Componuntur ex χεὶρ, quæ omnia ſunt communia: χεὶρ, verò variat & genere, & genitiui terminatione: vt videbis in Heteroclitorum tractatu. Reliqua in ωρ, maſculina ſunt: ſed pauca inueniuntur.

Maſculina.

ηρ, ηρος. ηρ, ηρος: ὁ Σὴρ, Σηρὸς, *Ser, vel Seres populus, &* vermis

vermis nens ſericum: λουτήρ, λουτῆρος, *peluis:* τὸ κῆρ, κῆρος, *cor.*

ηρ, ερος: ὁ αἰθήρ, αἰθέρος, *æther, id eſt, ignis elementum:* ηρ, ερος.

[1] in multis verò ſyncope, ὁ πατὴρ, πατέρος, πατρός, 1
pater: ἡ μήτηρ, μητέρος, μητρός, *mater:* ſic & ἡ θυγάτηρ, γαστὴρ, Δημήτηρ, *filia, venter, Ceres:* at ὁ ἀνὴρ, *vir,* ἀνέρος, ἀνδρός, [2] aſſumit δ. 2

FOEMININA *In* ηρ, nulla ſunt, quæ ſignificatione cognoſci non poſſint, præter γαστὴρ, κῆρ, ſors, & ψυκτὴρ, vas ad refrigerandum vinum. Neutra verò duo tantùm, ἦρ, ver, & κῆρ, cor: quæ circunflectuntur, quia fiunt ex ἔαρ, & κέαρ per craſim. Alia in ηρ, maſculina ſunt. Pauca ſunt quæ flectantur per ερος, nempe quæ à CLENARDO recenſentur, atque ἀστὴρ, aſtrum: Πίηρ, Pier populus: & φελάτηρ, tribulis: pro quo vſitatiùs dicimus φελάτωρ, φελάτορος: ὁ ἀὴρ, aër. Æolicè inuenitur ἡ ἀήρ. ſic ἡ αἰθὴρ, έρος. Cætera in ηρ, faciunt ηρος. *Fœminina. Neutra. Maſculina. ηρ, ερος. Æoliſmus. ηρ, ηρος.*

tiuis reiiciebant. Inuenitur tamen τοὺ λαχὼν. [5] Hinc excipiuntur ea quæ ablato ς formant genitium, de quibus in fine huius capitis verba facit CLENARDVS. Præterea Æoles datiuis in ῳ non ſubſcribunt iota. Dores verò ſæpe huiuſmodi iota ſubſcriptum negligũt, 13.13. In quinta quoque declinatione non ſcribitur ι. Quare vel legendum, pariſyllabicarum, vbi habetur, ſimplicium: vel ſupplendum, ſi deſinat in vnum harum trium vocum: quaſi diceret, Datiuus ſingularis declinationũ ſimplicium communiter nunquam eſt α, η, ω, per nudas vocales, ſed ſemper eſt diphthongus impropria, αι, ηι, vel ωι. [6] Vide, 25.4. & 16. In horum etiam duali & plurali ſyncope locum nõ habet, οἱ πατέρες non πατρες. Idem omnino iudicium de χαλκῆρ, τῆς χαλκέρ ος χαλκροῖν, τὼ χαλκέρε tantùm. ſic in duali & plurali. [7] Non retrahunt tamen ὁ Λακεδαίμων, Lacedæmonius: ὁ Παλαίμων, Palæmon deus maris, quanuis habeãt vocatiuum per ον, ὦ Λακεδαίμον, Παλαίμον: neque etiam compoſita à φρὴν, id eſt, mens, vt εὐδαίφρων, ὦ δαίφρον, prudẽs bellicoſus: neque etiam Æoles vnquã retrahunt, quanuis omnium finitorum in ων vocatiuo per ον efferant.

5 Exceptio. Æoliſmus. Doriſmus.

6

7 Exceptio.

Æoliſmus.

IN CONTRACTIONES.

Annotationes in nomina contracta.

PRimæ declinationis contractorum accuſatiuus εα, & per craſim η: ſed quorum nominatiuus deſinit ης purum, etiam contrahuntur in α, εὐφυὴς, εὐφυέα εὐφυῆ vel εὐφυᾶ, *ingenioſus*: ὑγιὴς, ὑγιέα ὑγιῆ vel ὑγιᾶ, *ſanus*.

ἐα in ῆ vel ᾶ.

Contrahuntur etiam nomina in οος in omnibus caſibus:

Nomina διπλοῦ, quæ per omnes caſus cõtrahuntur, finita in οος.

Sing. ὁ νόος, νοῦς, *mens*, τοῦ νόου νοῦ, τῷ νόῳ νῷ, τὸν νόον νοῦν, ὦ νόε νοῦ.

D. τὼ νόω νώ, accentu acuto, τοῖν νόοιν νοῖν.

P. οἱ νόοι νοῖ, τῶν νόων νῶν, τοῖς νόοις νοῖς, τοὺς νόους νοῦς.

Sic ὁ ῥόος, *fluxus*: πλόος, *nauigatio*: & adiectiua ἁπλόος, *ſimplex*: διπλόος, *duplex*: quorum fœminina & neutra ſimiliter vbique contrahuntur.

Fœm. ἡ ἁπλόη ἁπλῆ, τῆς ἁπλόης, ἁπλῆς, τῇ ἁπλόῃ ἁπλῇ, τὼ ἁπλόα ἁπλᾶ: & ita deinceps.

Neut. τὸ ἁπλόον ἁπλοῦν, τοῦ ἁπλόου ἁπλοῦ, &c. vt in maſculino: τὰ ἁπλόα ἁπλᾶ.

Neutra verò in εον ſic inflectuntur per craſim:

Sing. τὸ κρέ ὼ ὀστέον ὀστοῦν, *os*, *oſſis*, τοῦ ὀστέου ὀστοῦ, τῷ

ὀφέῳ ὀφῷ. D. τῷ, ὀφίῳ ὀφῷ, accuto accentu: τοῖν ὀφέοιν ὀφοῖν τὼ ὀφέε ὀφᾶ. Genitiuus & datiuus vt in maſculino.

εος. Sic χρυσοῦς, *aureus*: ἀργύρεος, *argenteus*: χαλκοῦς, *æreus*, à finitis in εος, χρύσεος, ἀργύρεος, χάλκεος, pro χρύσοις, ἀργύροις, χάλκοις. irregulariter enim accentus locum ſuum non ſeruat. Fœm. χρυσῆ, ἀργυρᾶ, χαλκῆ. Neut. χρυσοῦν, ἀργυροῦν, χαλκοῦν.

Nomina ἀλιγοπαθῆ, quæ in paucis caſibus contrahuntur, finita in υ, εος. ύς, έος.

Neutra in υ, τὸ ἄστυ, ἄστεος, *urbs*: τὸ πῶϋ, πώεος, *grex*, licet flectantur per εος, nuſquam tamen contrahuntur.

Acuta in ύς, τῦ έος, craſim patiuntur in datiuo ſingulari, nominatiuo, accuſatiuo & vocatiuo plurali, ὁ ἡδύς, *ſuauis*, τῦ ἡδέος, τῷ, ἡδεῖ ἡδεῖ: οἱ & ὦ ἡδέες ἡδεῖς, τοὺς ἡδέας ἡδεῖς.

ύς, υος. Sed υς υος contrahitur in nominatiuo, accuſatiuo & vocatiuo plurali, ὁ βότρυς, *racemus*, τῦ βότρυος: οἱ & ὦ βότρυες βότρυς, τοὺς, βότρυας βότρυς, ſemper facta craſi in υ. Sic νέκυς, *mortuus*: στάχυς, *ſpica*.

ευς, ῆυς. Imariſyllaba in ους ſimiliter contrahuntur in tribus illis caſibus pluralis, ὁ βοῦς. *bos*, τῦ βοὸς: οἱ & ὦ βόες βοῦς, τοὺς βόας βοῦς: accuſatiuus quoque ſingularis reperitur, τὸν βοῶ, vt νοῶ, ab ὁ νοῦς, τῦ νοῦ, τὸν νοῶ, *mens*.

Comparatiua in ων. Comparatiua in ων contrahuntur in accuſatiuo ſingulari communis generis, tribus caſibus pluralibus in omni genere, nominatiuo, accuſatiuo & vocatiuo: priùs autem eliditur ν, ac deinde fit craſis ex ο & ſequente vocali: ὁ χἠ ἡ μείζων *maior*: τῦ χἠ τῆς μείζονος, τὸν χἠ τὴν μείζονα, μείζοα, μείζω: οἱ αἱ & ὦ μείζονες, μείζοες, μείζοις, τοὺς χἠ τὰς μείζονας, μείζοας

ονα, οα, ω. ονες, οες, ονας, οας } ους

ζοας μείζους (non μείζως, vt τοὺς βόας, βοῦς, non [2] βῶς: quòd accuſatiuus pluralis quintæ declinationis ſemper contrahatur vt nominatiuus) τὰ & τὼ μείζονα, μείζοα μείζω. *Notio.*

Sunt & aliæ terminationes in quinta declinatione per craſim factæ, ὁ πλακοῦς, πλακοῦντος, ex πλακόεις, πλακόεντος *placenta*. ſic [3] ὁ Σιμοῦς, *Simois fluuius*: ἡ Ὀποῦς, *Opus, ciuitas in Locris*: ἡ Ἀμαθοῦς, *Amathus, ciuitas Cypri*. Et [4] ὁ τιμῆς, τιμῆντος, ex τιμήεις, τιμήεντος, *honoratus*. Et in ηρ circunflexa facta ex εαρ, τὸ κῆρ, κῆρος, *cor*: τὸ ϝῆρ, ϝῆρος· *adeps, eſca*: [5] ἀ ϝέαρ, ϝέαρος, ϝῆρ, ϝέαρος· Et παῖς, παιδὸς à πάϊς πάϊδος, *puer*. *ὑεὺς ϐῦς.* *ήεις ῆς.* *ἠαρ ἦρ.* *ἄϊς αἷς.*

PRÆTERQVAM In datiuo ſingulari, τῷ ἄρει ἄρϊ, τῷ παῖδι παΐδ. [1] [2] Inuenitur tamen τοῖς βοῦς apud poëtas: & in accuſatiuo ſingulari τὸν βῶν. [3] & in datiuo plurali τοῖς βωσι. [3] Idem faciunt reliqua finita in οὐς, 27. 37. [4] Huiuſmodi craſis habet locum in adiectiuis finitis in ήεις, 27. 40. [5] Sic τὸ ἦρ ἦρος, ab ἔαρ ἔαρος, quod & poëticè ἆαρ, ἄαρος, ver. *ὁῆς ϐῆς.* *ήεις ὑῆς.* *ἦρ ἦρος.* [1] [2] [3] [4] [5]

Appendix de poëtarum licentia in contrahendis nominibus.

INVENIVNTVR Et multa alia nomina apud poëtas contracta: ex quibus quædam duplici contractione afficiuntur: vna quidem per omnes caſus, vt de νόος & ſimilibus dictum eſt, 131. 24. altera verò per eos tantùm caſus, in quibus eæ declinationes contractæ, per quas variantur, contrahi ſolent: vt in ὀῦις, ouis, νῆς, ὄϊος, ὄϊι, ὄϊν, &c. ο & ι per omnes caſus facta ſynæreſi coaleſcunt in diphthongum οι, οῖς, οῖος, οῖι, οῖν, &c. Ac rurſus ex altera parte, in nominatiuo, accuſatiuo & vocatiuo plurali ιες & ια contrahuntur in ι, vt in ſecunda declinatione contractorum, αἱ ὦ ὄϊες καὶ τὰ ὄϊα & craſi ὄῖς & per priorem ſynereſim οἷς: dicitur & ὁ ὄϊς. Eodem modo declinatur ἡ φθοῖς, placenta. Inueniuntur præterea hæc duo flexa per ιδος: vnde ſunt illa τλῆ ὄϊδε, αἱ ὦ ὄϊδες, πολὺς ὄϊδας triſyllabicè. Bifariam quoque contrahuntur propria quædam finita in κλέης, compoſita à τὸ κλέος, τοῦ κλέους, honor, idque propter tot vocalium concurſum: vt ὁ Ἡρακλῆς, Hercules τοῦ Ἡρακλέους, ſi eos ſpectes, contrahes in ους Ἡρακλοῦς, & rurſus έου in οῦ contractis, Ἡρακλοῦς: quo modo etiam in nominatiuo έϛ contrahitur in ῆ, ὁ Ἡρακλέης Ἡρακλῆς: ſi verò aduertas ad duplex έε, conſtringes in ῆ, τοῦ Ἡρακλέους Ἡρακλῆος: hoc modo, à τὸ αὐτέος, τοῦ αὐτέους, τῷ αὐτέϊ dicimus αὐτῆ, id eſt, ſpeluncæ: à genitiuo Ἡρακλῆος, Iones ſuum formant, ex ῆ circunflexo, ἐη barytonos facientes, τοῦ Ἡρακλέους. Eadem varietas ſeruatur in reliquis caſibus: ſed in vocatiuo ſingulari duplex εε vel contrahitur in diphthongum ει, ὦ Ἡράκλεες Ἡράκλεις, vel alterum ε per ſyncopen abiicitur ὦ Ἡράκλεες Ἡράκλες: quæ ſyncope in aliis quoque caſibus habet locum, vt τῷ Ἡρακλέϊ Ἡράκλεϊ, τὸν Ἡρακλέα Ἡράκλεα. Sic in *Duplex contractio in eodem nomine.* *ὄϊς.* *φθοῖς. Propria finita in κλέης.* *αὐτῆ. Ioniſmus ἐη pro ῆ.* *Syncope.*

quibuſdam aliis nominibus habentibus duplex ες, interdum vnum ſyncopatur, vt τὸ κλέα. κλέα, ἀπὸ κλέος, honor: τὸ δυσκλέα δυσκλέα, ab ὁ ἡ δυσκλέης, ignobilis, infamis: τὸ χρέα χρέα, ἀπὸ χρέος, debitum: τὼ ὄσσε ὄσσε, oculi ἀπὸ ὄσσος, quanuis quibuſdam maſculinum eſſe magis probetur, ὁ ὄσσος, ου, & ὄσσε dictum pro ὄσσω per declinationis metaplaſmum. inuenitur enim τοῖς ὀσσοις. Cæterùm Η ἔγχελυς facit quoque Atticè in accuſatiuo τὸν Η ἔγχελυν, vt ὁ Χρύσης, τὸν Χρύσην, quaſi eſſet primæ declinationis ſimplicis, vt ὁ Ἀριστοφάνης, ους, τὸν Ἀριστοφάνην, de quo poſtea, in ſequenti Heteroclitorum tractatu.

τὸ κλέα. τὸν δυσκλέα. τὸ χρέα. τὼ ὄσσε. *Atticiſmus.*

HETEROCLITA.

Nomina heteroclita in genere.

SIngulariter maſculina ſunt, δεσμὸς, *vinculum*: ἐρετμὸς, *remus*: ζυγὸς, *iugum*: κύκλος, *circulus*: λύχνος, *lucerna*: μοχλὸς, *veſtis*: ῶτος, *humerus*: σταθμὸς, *ſtatio*, *libra*: φάρυγξ, *collum*: pluraliter [1] neutra δεσμὰ, &c. reperimus tamen etiam κύκλους, λύχνους.

Sic fœminina [2] δίφρος, *biga*: κέλευθος, *via*: & cõmune ὁ ἡ τάρταρος, *tartarus*: pluralia, δίφρα, κέλευθα, τάρταρα.

Hæc fœminina, ἡ γυνὴ, *mulier*: ὁδὸς, *via*: πόλις, *ciuitas*: χεὶρ, *manus*, in nominatiuo & accuſatiuo dualis numeri ſunt generis maſculini, τὼ γυναῖκε, ὁδὼ, πόλιε, χεῖρε.

Declinatione variantia.

Declinatione [3] variant, Δάρης, *Dares*: κόμης, *princeps*, *dux*: μύκης, *fungus*: τοῦ Δάρου & Δάρητος, &c.

[4] Ἄρης, τοῦ Ἄρου, Ἄρητος vel [4] Ἄρεος, *Mars*.

Propria nomina primæ circunflexorum [5] habent interdum caſus pariſyllabicos, ὁ Ἀριστοφάνης, ους, *Ariſtophanes*, τὸν Ἀριστοφάνην: & οἱ Ἀριστοφάναι, τοὺς Ἀριστοφάνας. Sic compoſita ab ἔτος, *annus*: ὁ ἑπταέτης, ους, οἱ ἑπτάεται, τοὺς ἑπτάετας, *ſeptennis*.

Compoſita à τὸ ἔτος, ους.

Quædam in ως quartæ vel quintæ, ἥρως, *heros*: Μίνως *Minos*, [6] τοῦ ωος, aut τοῦ ω: γέλως, ſic *riſus*: ἔρως, *amor*: τοῦ ωτος, vel τοῦ ω.

Etiam

Etiam ὁ νοῦς, τοῦ νοός, vel ὁ νοῦς, τῷ νοΐ, *mens*: vt βοῦς, βοός, *bos*.

Compoſita à πούς habent οδος vel ῳ, δίπους, δίποδος, δίποδι, *bipes*: ſic τρίπους, *tripes*: ἑπτάπους, *ſeptipes*: Οἰδίπους, *OEdipus*, quod & Οἰδιπόδης, Οἰδιπόδου. *Compoſita ab ὁ πούς.*

[7] Sæpe namque à genitiuo imparisyllabico formatur nominatiuus qui declinatur parisyllabicè: ὁ ἑπτάπους, τοῦ ἑπτάποδος, vnde ὁ ἑπτάποδης, ἑπτάποδι: ὁ μάρτυρ, μάρτυρος, [8] & ὁ μάρτυρος, μαρτύρῳ, *teſtis*: ψίθυρ, ψίθυρος, ὁ ψίθυρος, ψιθύρου, *ſuſurro*. *Annotatio.*

[9] Et alioqui diuerſus eſt nominatiuus, ὁ μάκαρ, μάκαρος, vel μάκαρς, μάκαρτος, vel μακάριος, μακαρίου, *beatus*, & alia quoque, τὸ δάκρυ, δάκρυος & τὸ δάκρυον, τοῦ δακρύου, *lachryma*. *Nominatiui diuerſitas.*

ὁ Μωσῆς, τοῦ Μωσοῦ: vel ὁ Μωσεὺς, τοῦ Μωσέος: quod etiam per υ ſcribitur, Μωϋσῆς, Μωϋσεύς.

τὸ γόνυ, τοῦ γόνυος, & metatheſi γουνὸς: & τὸ γόνας, γόνατος, *genu*: [10] τὸ δόρυ, δόρυος & δοῦρος: & [11] τὸ δόραξ, δόρατος: vel δοῦραξ, δούρατος, etiam δόρος, δόρεος, & craſi δόρᾳς, *haſta*. [10] [11]

Genitiuus quoque interdum varius eſt eiuſdem nominatiui, ἡ χεὶρ, τῆς [12] χειρὸς, & poëticè χερὸς, *manus*: vnde receptus datiuus pluralis, ταῖς χερσί, & genitiuus dualis, ταῖν χεροῖν. λύγξ, λυγγὸς, ſingultus: λὺξ, λυγκὸς, lynx. *Genitiui varietas.* [12] *ταῖς χερσί.* *ταῖν χεροῖν.*

[13] Quandoque diuerſa nomina eiuſdem rei: ſed caſus partim ſumuntur ab vno, partim ab alio: ἡ γύναξ inuſitatum, pro quo ἡ γυνὴ, *mulier*, τῆς γυναικὸς, τῇ γυναικὶ, τὴν [14] γυναῖκα, ὦ γύναι, ſine ξ: vt quandoque ὦ ἄνα ab ἄναξ, *rex*: τὸ γάλα, *lac*, τοῦ γάλακτος ab inuſitato γάλαξ. nam tria, ἄναξ, νὺξ, & γάλαξ, *Eiuſdem rei caſus à diuerſis.* [13] ὦ γύναι. ὦ ἄνα. [14] γάλα, γάλακτος.

15 genitiuum habent in κος, ſed adeſt [15] pleonaſmus literæ τ, ἄναξ τος, νυκτὸς, γάλακτος.

Ζεύς. 16 [16] Ὁ Ζεύς, τοῦ Διὸς, τῷ Διΐ, τὸν Δία, ὦ Ζεῦ, *Iupiter.*

ὕδωρ. τὸ ὕδωρ, ὕδατος, ab ὕδας: etiam τὸ ὕδος, ὕδεος, *aqua.*

πολύς. πολλὴ. πολὺ. 17 [17] ὁ πολὺς, *multus*, τὸν πολὺν, & neutrum τὸ πολὺ: reliquos omnes caſus in quouis genere ac numero ſumit ab [18] inuſitato nominatiuo πολλὸς, τοῦ πολλοῦ, τῷ πολλῷ: ἡ πολλὴ, τῆς πολλῆς, τῇ πολλῇ: & ſic deinceps.

μέγας. μεγάλη. μέγα. ὁ μέγας, *magnus*, τὸν μέγαν, & neutrum τὸ μέγα: cætera omnia per tria genera & totidem numeros accipiuntur ab inuſitato nomine μεγάλος, τοῦ μεγάλου τῷ μεγάλῳ: ἡ μεγάλη, τῆς μεγάλης: & reliqua.

ᾰρ, ατος. Neutra quædam in αρ genitium habent in ατος, ab inuſitatis nominibus in ας, τὸ ἦπαρ, ἤπατος, [19] *hepar*, *iecur*, ab ἧπας, ſic [19] ἦμαρ, *dies*: ἔδαρ, *eſca*: φρέαρ, *puteus*: τέαρ, *adeps*: δέλεαρ, *eſca, illecebra*: ὄνᾰρ, *vtilitas.*

Et hactenus de nomine: pergamus ad verba.

1 A Nominatiuis ſingularibus neutris in ας qui iam exoleuerunt, inueniuntur tamen τὸ δεσμὸν, ζυγὸν, νῶτον. A δεσμὸς inuenitur τοὺς δεσμοὺς, vt κύκλους,
2 λύχνους. [2] Reperitur δίφρος maſculini generis in ſingulari, Plutarchus δίφρος ἡγεμονικὸς, ſella curulis: nec mirum, nam ſæpe genus dialecto variatur, vt ὁ ἄσβολος, ὁ βῶλος, ὁ θόλος, & Atticè ἡ ἄσβολος, fuligo. ἡ βῶλος, gleba: ἡ θόλος, teſtudo templi. ἔκιον, & Ionicè ἡ κίων, columna. Atque Attici dualibus quæ communiter fœminina ſunt, tanquam maſculinis vtuntur, τὼ κεφαλά, duo capita: τὼ ἡμέρα, duo dies, ab ἡ κεφαλὴ, ἡ ἡμέρα. CLENARDVS quatuor tantùm enumerat: quæ ij authores vſurpant qui communi lingua ſcri-
3 pſerũt. [3] Hæc varietas præcipuè locum habet in genitiuo & accuſatiuo ſingulari, Δάρης, τοῦ Δάρεος & Δάρητος, τὸν Δάρεα & Δάρην: ſic γύης, dentale, pars
4 aratri: Θαλῆς, Thales: Μέγης, Meges: Πύδης, Pydes: Φαλῆς. Phales. [4] Et craſi Α῎ρευς, Doricè verò Α῎ρης facit etiam τοῦ Α῎ρεος καὶ Α῎ρεως καὶ Α῎ρους.
5 [5] Id eſt, declinantur per primam declinationem ſimplicium: ſed tantùm in vſu habẽtur nominatiuus, accuſatiuus & vocatiuus in ſingulari & plurali.
6 [6] Atque ὁ χάλως, funis, rudens, τοῦ χάλω & χάλεως. ἔρως verò facit etiam Æo
7 licè τοῦ ἔρου per tertiam. [7] Sic ab ὁ δμὼς, τοῦ δμῶος, ὁ δμῳὸς, ῷ, ſeruus. vnde ἡ δμωὴ, ῆς, & δμωὰ ᾶς, ſerua: ὁ ἡγεμὼν, όνος. ὁ ἡγεμόνος, ῷ, dux, præſes, & ἡ ἡγεμονὴ, ῆς, imperium. ὁ Τρὼς, τοῦ Τρῶος, ὁ Τρωὸς ῷ, Troianus: ὁ φύλαξ, τοῦ φύλακος, ὁ φύλακος. ου, cuſtos. Item fœminina, ἡ χαλὺξ χάλυκος, ἡ χαλύκι, κος, calyx,

calix, fólliculus: ὁ χιτὼν, ῶνος, ἡ χιτών, ῶνος, tunica. [8] Et μάρτυς, μάρτυος. [9] Sic λᾶας, lapis, τῦ λάϊος & crasi λᾶος vel ὁ λᾶος, τῦ λάᾳ, τὴν λᾶον, & Doricè ὁ λᾶας, τῦ λάα, τῷ λάᾳ per primam. item τὸ λάος, τῦ λάεος, & ὁ λάϊς, λάϊος, & per synæresim λᾶος: atque ὁ λαὸς, τῦ λαοῦ per quintam. Eius synonymum est ἡ λιτὰς, τῆς λιτάδος, vel ὁ λίτος ῠ, Variant quoque ὁ ἀσπασμὸς, ῦ, & τὸ ἄσπασμα, ατος, salutatio: ἡ ἐλάϊνη, ης, & τὸ βλάστος, εος, nocumentum: ὁ βρεχμὸς, ῦ, & τὸ βρέχμα, siue βρέγμα, ατος, caluaria, os capitis ὁ γάργος, ῠ, & τὸ γάργον, garum liquamen ex pisce: ἡ δίψα, ης, & τὸ δίψος, εος, sitis: τὸ δῶμα, τῦ δώματος, tectum, domus, & per apocopen τὸ δῶ, τῦ δῶ indeclinabile, & ὁ δόμος, τῦ δόμυ: ὁ ἔλεος, ῠ, & τὸ ἔλεος, ἐλέους, misericordia, commiseratio: ἡ ἐνέδρα, ας, & τὸ ἔνεδρον, ῠ, insidiæ: ὁ ἔχμὸς, ῦ, & τὸ ἔχμα, ματος, retinaculum: ὁ θρῆνος, ῠ, & τὸ θρῆνος, εος, lamentatio: ὁ θῦμὸς, ῠ, & τὸ θῦμον, ῠ, animus: ἡ κέλευθος, ῠ, & τὸ κέλευθον, ῠ, via: ἡ νάπη, ης, & τὸ νάπος, εος, saltus, locus syluosus: ἡ νείκη, ης, & τὸ νεῖκος, εος, rixa, iurgium: ἡ νίκη, ης & τὸ νῖκος, εος, victoria: ὁ ὄρδος, ῠ, & τὸ ὄρδος, εος, probrum: ὁ vel ἡ ὀρίγανος, ῠ, & τὸ ὀρίγανον, ῠ, origanum herba: ὁ ὄχος, ῠ, & τὸ ὄχος, εος, vehiculum: ἡ σκάφη, ης, & τὸ σκάφος, εος, scapha nauis: ὁ σκότος, ῠ. & τὸ σκότος, εος, tenebræ: ἡ σπάρτη, ης, & τὸ σπάρτον, ῠ, funis. Sic apud poëtas ὁ αἰγόκερως, τῦ αἰγοκέρωτος, καὶ αἰγόκερω, & ὁ αἰγοκερεὺς, έος & ῆος, capricornus: ὁ Βορέας, ῠ, & Βορεὺς Boreas, Aquilo: ὁ Γηρυών, όνος, & Γηρυονεὺς, Gerion: ὁ ἡνίοχος, ῠ, & ἡνιοχεὺς, auriga: ὁ πατροφόνος, ῠ, & πατροφονεὺς, parricida: dicitur & ὁ πατροφόντης, ῠ, & πατροκτόνος, ῠ, atque ὁ πατραλοίας, α, pro eodem: ὁ ὑδροχόος, ῠ, & ὁ ὑδροχοεὺς, aquarius, sydus Zodiaci: ὁ υἱὸς, ῦ, & υἱεὺς, filius [10] Datiuus τῷ δορυΐ & metathesi δουρὶ, & poëticè δοῦρι, subtracto υ ex diphthongo ῠ, [11] Sic τὸ γῆρας, γήρατος, & τὸ γῆρος, γήρεος, senectus: τὸ οὖδας, ατος, & τὸ οὖδος, εος, pauimentum. [12] Æolicè χερσὶς: pro iunctiua vocali geminatur consona sequens. [13] Poëtæ tale quiddam sibi permittunt in multis nominibus, præcipuè datiuo singulari secundæ & tertiæ declinationis, in accusatiuo singulari & datiuo plurali tertiæ. nam eos sumũt tanquam nominatiuus singularis esset quintæ: vt in datiuo: τῇ ἀλκὶ, τῇ κλαδὶ, τῷ δι χόμνι, τῇ λιτὶ, τῷ μελικέρτι, τῇ πορθένι, τῷ πολυπάπυγι, τῇ ὑσμῖνι: pro τῇ ἀλκῇ, τῷ κλάδῳ, τῷ δι χομένῳ, τῷ λίτῳ τῷ μελικεράτῳ, τῇ παρθένῳ, τῷ πολυπαπύγῳ. τῇ ὑσμίνῃ: ab ἡ ἀλκὴ, ῆς, robur: ὁ κλάδος, ῠ ramus: ὁ δίχομήνιος, ῠ, semestris, semiplena luna: τὸ λίτον, ῠ, pannus lineus: τὸ μελίκερατον, ῠ, mulsum: ἡ παρθένος, ῠ, virgo: ὁ πολυπάπυγος, ῠ, multistrepus: ἡ ὑσμίνη, ης, prælium: sed tanquam ab ἡ ἀλξ, ἀλκὸς: ἡ κλὰς, κλαδὸς: ὁ δίχομήν, μῆνος: ἡ λὶς, λῖδος: τὸ μέλικρας, ατος: ἡ παρθὼν, ένος: ὁ πολυπάπυξ, αγος: ἡ ὑσμὶν, ῖνος. In accusatiuo τὸν ἰκλῖνα, τὸν λῖτα, pro τὸν ἰκλῖνον, τὸ λίτον ab ἰκλῖνος, ῠ, miluus: τὸ λίτον, ῠ, pannus lineus, subtile stragulum: sed tanquam ab ὁ ἰκλὶς, ῖνος. ἡ λὶς, λιτός. In datiuo plurali, τοῖς ἀνδρεκπόδισι, τοῖς δένδρεσι, τοῖς ἔγκρασι, τοῖς κλάδοις, τοῖς κείρασι, τοῖς, κτέατεσσι, τοῖς πέπλοις, τοῖς πρόβασι, τοῖς πρόσωπασι, τοῖς στάβλοις: à τὸ ἀνδρεκπόδον, ῠ, mancipium: τὸ δένδρον, ῠ, arbor: τὸ ἔγκατον, ῠ, viscus, eris: ὁ κλάδος, ῠ. ramus: τὸ κεῖρον, ῠ, lilium: τὸ κλέατον, ῠ, possessio: τὸ πέπλον, ῠ, folium: τὸ πρόβατον, ῠ. ouis: τὸ πρόσωπον, ῠ, facies: τὸ στάβλον, ῠ, sabbatum, requies: sed quasi à τὸ ἀνδρεκπόδος, εος: τὸ δένδρος, έος: τὸ ἔγκας, αος: ἡ κλὰς, κλαδὸς (Vide 33. 15. & 18.) τὸ κεῖρος, εος: τὸ κτέατος, εος, (33. 25.) siue τὸ κτέαρ, ατος (33. 15.) ὁ πέπλος, αλος: τὸ πρόβας, ατος: τὸ πρόσωπας, ατος: τὸ στάβας, ατος. reperitur quoque τὰ κείρεα, lilia: τὰ πρόσωπα, τῶν πρόσωπάων, facies: sic τῶν μηλάπων, pecorum, pro μήλων à τὸ μῆλον, ῠ, ouis, pecus: sed tanquam à τὸ μῆλας, ατος. Contra Ætoli pro datiuis quintæ vsurpant datiuos tertiæ finitos in τοις, vt τοῖς γερόντοις pro γέρουσι, ab ὁ γέρων, οντος, senex: sed quasi ab ὁ γέροντος, ῠ, sic τοῖς διλημμάτοις, τοῖς παθημάτοις, pro τοῖς διλήμμασι, παθήμασι, à τὸ διλήμμα, ατος, dilemma, syllogysmus vtrinque vinciens & constringens: τὸ πάθημα, ατος, affectus, passio: sed quasi à τὸ διλήμματον, ῠ τὸ παθήματον, ῠ. atque in nominatiuo αἱ Κλῶθες, Parcæ, pro Κλαθοὶ, ab ἡ Κλαθὼ, όος, quod in duali & plurali declinandum erat per tertiam. 37. 31. [14] Et γυιὼ apud veteres.

Eiusdem rei nominatiui diuersi.

Æolismus Poëtarum licentia in declinandis nominibus.

Datiui quintæ à nominatiuis tertiæ vsitatis.

Accusatiui à nominatiuis inusitatis. Datiui plurales quintæ in σι pro οις tertiæ.

Datiui plurales in τοῖς pro οι apud Ætolos.

Syncope. Nominiu Zεὺς decem nominatiui. πολὺς. ἐος. πολλόν.

15 [15] Contrà verò ὁ κύων, canis: & τὸ ἄρνιον, agna, ſyncopen patiuntur in o,
16 bliquis. κυνὸς, ἀρνὸς, pro κύονος, ἀρνίος. [16] Declinatur etiam ὁ Ζεύς, Ζηνὸς, Ζηνὶ-
Ζῆνα: imò decem huius inueniuntur nominatiui. Ζεύς, Δεὺς, Βδεὺς, Ζηνὸ, Ζᾶν
17 Ζῆς, Ζᾶς, Δίς, Δηνὸ, Δᾶν: & Διὸς, Διΐ, Δία, veniunt à Δίς. [17] Apud poëtas regulari-
18 ter declinatum inuenitur, ὁ πολὺς, τῦ πολέος, &c. [18] A poëtis tamen vſurpa- 5
tur: ſic neutrum πολλὸν pro πολὺ, ſiue ſit nomen, multum, ſiue aduerbium, val-
19 de, multùm, multò. [19] His adde τὸ κάρηαρ, ατος, caput.

ANNOTATIONES in verba.

Cognata tempora.

COGNATA Tempora ſunt quo- 10
rum eadem eſt figuratiua. Præ-
1 ſens & imperfectum [1] τύπτω, ἔτυπτον:
Perfectum & plus quàm perfe-
2 ctum [2] τέτυφα, ἐτετύφειν. Aoriſtus
3 primus & futurum primum [3] ἔτυ- 15
ψα, τύψω. ſic aoriſtus ſecundus, futurum ſecun-
4 dum [4] & præteritum medium cognationem inter
ſe habent, ἔτυπον, τυπῶ, τέτυπα.

Æticiſmus.

Attici tertiis perſonis in ι vel ε addunt literam
5 ν, [5] etiam ante conſonantem, τύπτουσιν vel ἔτυπτε τοῦ- 20
τον, *verberans vel verberauit hunc.*

Notio.

1 SVPPLE. Idque non ſolùm in voce actiua, ſed & in paſſiua & med. τύπτομαι, ἐτυπτόμην: atque non tantũ in indicatiuo, ſed etiam in reliquis omnibus modis & participiis. Nunquam enim reliqui modi aut participia cha-

Cum perfecto paſſiuo cognationem habẽtia.

2 racteriſticâ diſſident ab ea quam idem tempus habuerit in indicatiuo. [2] Supple, Vocis actiuę. Porrò in voce paſſiua perfectum quoque & plusquàm perfectum inter ſe coniugationem habent, τέτυμμαι, τέτυψαι, τέτυπται: ἐτετύμμην, ἐτέτυψο, ἐτέτυπτο: & paulò poſt futurum cum ſecunda perfecti τέτυψαι. τετύψομαι: ſic ſecunda ſingul. perfecti imperatiui τέτυψο. Aoriſtus verò primus & futurum primum cum tertia perfecti, mutatis tamẽ tenuibus in aſpiratas, τέτυπται, ἐτύφθη, τυφθήσομαι: ſic tertia perfecti imperatiui, ac perfectum infinitiui. τετύφθω, τετύφθαι: ſed ſi in tertia perfecti ται ſit purum, hic interſeritur σ: κέκειται, iudicatus eſt, κεκείσθω, iudicetur, κεκεῖσθαι, iudicari, à theme κείνω, iudico. [3] Supple, In voce actiua & med. ἐτυπόμην, τύψομαι.
4 [4] Supple, Per omnes voces, vt in paſs. ἐτύπην, τυπήσομαι: in media ἐτυπό-
5 μην, τυποῦμαι. [5] Addit (etiam) quod 47. 36. dixiſſet id fieri ſequente vocali.

Ioniſmus.

Iones autem id non obſeruant: ſed ſequente vocali elidunt ι & ε, τύπτουσ' αὐτὸν pro τύπτουσιν αὐτὸν, verberant ipſum: & ἔτυπτ' ἐκεῖνος pro ἔτυπτεν ἐκεῖνος, verberabat ille.

De augmento. ρ geminatum.

1 [1] Litera ρ propter ſyllabicum augmentum ge- 40
mina-

minatur, ῥίπτω, *proiicio*, ἔρριπτον: & ρ posterius aspiratur, prius lenem habet spiritum. nulla siquidem syllaba desinit in aspiratam: sed si litera geminetur, prior est tenuis. Ἄτθις, Σαπφὼ, Βακχὸς, *Attica, Sappho, Bacchus.* Regula.

[2] Quorum principium γν aut γρη, non repetunt primam consonantem, γνόω, ἔγνωκα, *nosco*: γρηγορέω, ἐγρηγόρηκα, *vigilo*. [2] γν. γρη.

Hæc verò repetunt, μνάομαι, μέμνημαι, *memini*: κτάομαι, κέκτημαι, *possideo*: πτάομαι, πέπταμαι, *volo, as*: πτόω, πέπτωκα, *cado*. Nam apud poëtas κτ, μν, & πτ, communem faciunt syllabam. μν. κτ. πτ.

In incremento temporali quatuor α seruant, ἄω, ἄον, *spiro*: ἀΐω, ἄϊον, *audio*: ἀηθέσω, ἀήθεσον, *desuesco*: ἀηδίζομαι, ἀηδιζόμην, *tristor*. α immutatum.

Vocalem ε plurima non in η mutant, sed [3] augent addito ι, [4] ἔχω, *habeo*: ἔπω, *dico*: [4] ἕλω, [5] ἕλκω, [6] ἑλκύω, [7] ἑλκίζω, *traho*: [8] ἕρπω, [9] ἑρπίζω, *serpo*: ἑστήκω, *sto, permaneo*: [10] ἕπομαι, *sequor*: [4] ἐρέω, *dico, interrogo*: [11] ἑστιάω, *conuiuium celebro*: [12] ἐάω, *sino*: [4] ἕω, *induo, sedeo*: [13] ἐρύω, *traho*: ἐθω, *consuesco*: [14] ἐθίζω, *consuefacio*: [15] ἐργάζομαι, *operor, afficio & afficior, colo & color*: ἔχω, [16] εἶχον, *non* ἦχον: & ita in reliquis. [3] ε auctum addito ι. [4] [5] [6] [7] [8] [9] [10] [11] [12] [13] [14] [15] [16]

ἔπω, εἶπον, *dixi*, εἰπὲ, *dic*, εἰπὼν, *qui dixit*, in omnibus [17] modis seruat augmentum. ἑστήκω, *sto*, [18] εἱστήκειν, *steteram*, plus quàm perfectum medium. nam perfectum ἕστηκα sine augmento, licet id verius sit actiuum ab ἵστημι, & ἕστακα dictum per α more Dorico. ἕω, *sedeo*: εἶμαι, *sedi*, præteritum passiuum. [17] εἶπον, εἶπὲ, εἰπὼν. [18] εἱστήκειν. ἕστηκα ἕστακα εἶμαι.

ἐρέω, *dico*, εἴρηκα, *dixi*, εἴρημαι, *dictus sum*: vnde εἰρήσω, & elisò ι, ἐρήσω, *dictus sum*: ἔθω, *consuesco*, [19] εἴωθα, *con-* [19]

ſueui, præteritum medium per pleonaſmum ω.

ωin ηυ. Diphthongus ευ in ηυ Atticè, εὖχομαι, νὺχόμιλω, oro: εὕδω, νῦδω, dormio.

οι immutatum. οἰδάθλω, aoriſti primi. Diphthongum οι hæc non mutant, οἰόομαι, οἰώθλω, ſolus ago: οἰμέω, concito: [20] οἰνέω, οἰνίζω, vinum vendo: οἰστρόω, inſanio: οἰωνίζωμαι, οἰωνοσκοπέω, οἰωνοπολέω, auguror: οἰακίζω, οἰακονομέω, οἰακοστροφέω, guberno, gubernaculum nauis rego: οἰδάνω, tumeo, iraſcor: οἰκουρέω, domum cuſtodio.

ϱ non geminatũ propter incrementum. 1 POETÆ tamen id non ſemper obſeruant: ῥάπτω, ἔϱαπτον, ſuo, ſuebam. ῥίπτω, ῥέϱιφα pro ἔῤῥιφα: paſſiuum ῥέϱιμμαι pro ἔῤῥιμμαι, proiectus ſum: plus quàm perfectum ἐϱϱείμμλω, ἐῤῥέϱιφο, ἐῤῥέϱιπτο pro ἐῤῥίπτο, deiectus erat. ῥέζω, facio, imperfectum ἔϱεζον: aoriſtus primus ἔϱεξα, cum κατα, κατέϱεξα, peregi, à futuro ῥέξω, & tranſpoſitis literis ἔϱξω, ἔϱξίς, faciam, es: vnde in aoriſto primo ἔϱξαν, fecerunt, ſine augmento: imperatiuus ἔϱξον: ſubiunctiuus ἔϱξω, ἔϱξῃς, infinitiuus ἔϱξαι: participium ἔϱξας, αντος: ſic in præſenti pro ῥέζω per metatheſim dicimus non ἔϱζω (nam ϱ nunquam ponitur ante ζ, 5.22.) ſed ἔϱδω: ſunt enim ζ & δ permutabiles, quòd ζ valeat δσ. [2] Nam ε in huiuſmodi locis non anceps, ſed productum ſolùm cenſetur. [3] Iones idem & in quibuſdam aliis verbis obſeruant, vt ab ἐϱωτάω, interrogo, imperfectum ἠϱώτεον, ἠϱώτεων, ας, α, pro ἠϱώτων, ἠϱώτας, ἠϱώτα. At Dores veteres hæc quæ author hîc enumerat, per η efferebant, ἦκον pro εἶκον: ἤλκον pro εἷλκον: ἠϱγαζόμλω pro ἐϱγαζόμλω. [4] Vide Inueſtigationem thematis in verbis Ἔχω, Αἴϱεω, Ἀγϱεύω & Ἀμφιέννυμι. [5] Ab ἕλκω futurum ἑλξω: perfectum εἷλκα: imperfectum & aoriſtus ſecundus εἷλκον, εἷλκες, εἷλκε: imperfectum paſsiuum & aoriſtus ſecundus medius εἱλκόμλω, εἵλκου, εἵλκετο, ſine augmento ἕλκετο, Ἰλιάδ. ά. imperatiuus ἕλκου, & Ionicè ἕλκεο, 68.25. [6] Imperfectum εἵλκυον: futurum ἑλκύσω: perfectum εἵλκυκα, paſsiuum εἵλκυσμαι, εἵλκυσαι, εἵλκυται, 66.26. aoriſtus primus εἵλκυσα: infinitiuus ἑλκυσθῶαι. [7] Imperfectum εἵλκιζον: futurum ἑλκύσω, & Atticè ἑλκῶ: perfectum εἵλκικα: paſsiuum εἵλκισμαι. [8] Imperfect. εἶϱπον: futurum ἑϱπύσω: aoriſt. prim. εἷϱψα: perfectum εἶϱφα. [9] Sunt qui ſcribant ἑϱπύζω per υ ψιλὸν: imperfectum εἵϱπυζον vel εἵϱπυζον: futurum ἑϱπύσω vel ὑσω: perfectum εἵϱπυκα vel εἵϱπυκα. [10] Imperfectum & aoriſtus ſecundus medius εἱπόμλω: futurum medium ἑψομαι: perfectum paſsiuum εἵμαι. [11] Imperfectum εἱστίαον εἱστίων: futurum ἑστιάσω, ſeruat α, 91.16. aoriſtus primus εἱστίασα: infinitiuus ἑστιᾶσαι: perfectum εἱστίακα. [12] Imperfectum ἔαον, ἔαες, ἔαε, craſi ἔων, ἔας, ἔα, & ſine augmento ἔων, ἔας, ἔα, & Ionicè ἔασκε, 47.39. futurum ἐάσω, 91.16. aoriſtus primus εἶασα: imperatiuus ἔασον, & Laconicè interpoſito β, ἔβασον: perfectum εἴακα & reiecto augmento ἔακα. reperitur etiam in præſenti εἀάω pro ἐάω. [13] Imperfectum εἶϱυον: fut. ἐϱύσω: aoriſtus primus εἴρυσα: perfectum εἴρυκα: paſſ. εἴρυμαι: plus quàm perfe. εἰρύμλω, υσο, υτο, tertia plur. εἴρυντο & Ionicè εἰρύατο, 66.2. [14] Imperfectum εἴθιζον: futurum ἐθίσω: aoriſtus primus εἴθισα, εἴθισας, εἴθισε: participium ἐθίσας, αντος: perfectum εἴθικα: participium εἰθικὼς, ότος, aſſuetus: perfectum paſsiuum ἔθισμαι, ἔθισαι, ἔθισται: particip. εἰθισμένος: aoriſtus prim. εἰθίσθλω, εἰθίσθης: participium ἐθισθείς. dicitur & εἰθίζομαι pro εἰθίζομαι: imperat. εἰθίζου & Ionicè εἰθίζεο, aſſueſce, 68.25. [15] Imperfectum εἰϱγαζόμλω, εἰϱγάζου, εἰϱγάζετο: tertia

ωin ηυ. οι immutatum. οἰδάθλω, aoriſti primi. Ioniſmus. ϖ pro κ. Doriſmus. η pro ει. Tempora quædam ab ἕλκω. ἑλκύω. ἑλκύζω. ἔϱπω. ἑϱπύζω vel ἑϱπίζω. ἕπομαι. ἑστιάω. ἐάω quod & εἀάω. ἐϱύω. εἰθίζω, quod & εἰθίζω.

tertia pluralis ἐργάζεντο: futurum medium ἐργάσομαι, ἐργάσῃ, & ſublato σ ἐργάῃ, vnde per craſim ἐργᾷ, operaberis, facies, dialecto Bœotica: (ſic σκεδᾷς, diſsipabis, pro σκεδάσῃ, ἀ σκεδάννυμαι, ὸ σκεδάννυμαι) aoriſtus primus medius ἐργασάμην: optat. ἐργασαίμην, ἐργάσαιο: perfectum paſsiuum εἴργασμαι, εἴργασαι, εἴργασται: participium εἰργασμένος: aoriſtus primus εἰργάσθην, εἰργάσθης, εἰργάσθη. [16] Hinc cum ὑπῆρ, ὑπῆρχον, ες, ε, & mutato loco augmento ὑπέρειχον, ὑπείρεχες, ὑπείρεχε, præſtabat, ſuperemineabat: & tertia pluralis ὑπέρειχον, tenebant, ſuperabant. [17] Optatiuus εἴποιμι, εἴποις: ſubiunctiuus εἴπω, εἴπῃς, & Æolicè εἴπῃσθα: infinitiuus εἰπεῖν. Ab ἔπον, ἔπες, fit tertia Ionica εἶπεσκε, dixit, 47.39. ex ἔπε cum ἀνὰ fit ἀνῆπε, & cum altero augmento ἠνῆπε, edixit: pro quo etiam ἀνέπαπε, per pleonaſmum ſyllabæ παπ. [18] Cum κατὰ, καθεστήκειν, conſtitutus eram: ſic perfectum καθέστηκα, conſtitutus ſum: & participium καθεστηκώς, ὼς, conſtitutus, paſsiuam habet ſignificationem. [19] Pro ἔωθα ſiue ἔθα, verſo ει in η Atticè, reperitur ἤθα. [20] His annumeratur οἰνοποτάζω, vinum bibo. at εἰμώζω, lugeo, facit οἴμωζον & ὤμωζεν: futurum εἰμώξω, medium εἰμώξομαι, οἰμώξῃ, οἰμώξεται: aoriſtus primus actiuus ὤμωξα, ὤμωξας, ὤμωξε.

ἐργάζομαι. Bœotiſmus.

ὑπέρειχον. ἔπω, quod & εἶπω.

ἐστήκω.

ἔθω.

οἰνοποτάζω.

εἰμώζω.

[1] Compoſiti augetur principium, ſi præpoſitio nihil addit ad ſignificatum: ἔπω, ἐνέπω, ἰὼνεπον, *dico*: εὕδω, καθεύδω, ἐκαθευδον, *dormio*.

Augmentum in compoſitis.

Quædam Attici augent initio, quorum ſimplicia non ſunt in vſu, ἀμφισβητῶ, ἠμφισβήτουν, *dubito*: ἀντιβολῶ, ἰὼντιβόλουν, *ſupplico*.

Atticè aucta initio.

Alia in medio, [2] ἀπολαύω, ἀπέλαυον & ἀπήλαυον, *fruor*: [3] ἐπιχειρῶ, ἐπεχείρουν, *aggredior*: [4] ἐγκωμιάζω, ἐνεκωμίαζον, *celebro, laudo*. ſic aliqua [5] compoſita ex δυς & εὐ, δυσαρεστῶ, δυσηρέστουν, *moroſus ſum*: δυσαπιστῶ, δυσηπίστουν, *diffido, difficulter credo*. ſic [6] εὐορκῶ, *ſanctè iuro*: [7] εὐεργετῶ, *beneficio afficio*: [8] εὐαγγελίζομαι, *nuntio, bonum nuntium affero*[9].

Aucta in medio.

Sunt quæ vtrinque augentur: ἀνοχλῶ, ἰὼώχλουν, *turbo*: ἀνορθῶ, ἰὼώρθουν, *corrigo*: ἀνέχομαι, ἰὼνεχόμην, *patior, tolero*.

Aucta vtrinque.

[10] Apud Atticos ſyllabicum augmentum vertitur in temporale, ἔμελλον, ἤμελλον, *debebam*: ἐβουλόμην, ἠβουλόμην, *volebam*: ἐδυνάμην, ἠδυνάμην, *poteram*. ſic εἴδειν, ἤδειν, *noueram*, plus quàm perfectum ab εἴδω, *noſco, ſcio*. nam ε ſiue ſolum ſiue in diphthongo, mutant η.

[10] *ε augmentum verſum in η.* ἤμελλον, ἠβουλόμην, ἠδυνάμην, ἤδειν, ἀμέλλω, βούλομαι, δύναμαι, εἴδω.

καθίζω. SIC ἵζω vel ἱζέω ἵζω, cum κατὰ, καθίζω, & καθιζῶ, ſedeo & ſedere facio: imperfect. ἐκάθιζον, primæ ſing. & tertiæ plur. Ionicè detracto augmento κάθιζον, ſedebant: fut. καθίσω & καθιζήσω: aor. prim. ἐκάθισα, ἐκάθισας, ἐκάθισε: prima plur. ἐκαθίσαμεν: imperat. κάθισον: part. καθίσας: perfect. κεκάθικα. Tamen

διεγγυάομαι augetur in medio, διηγγεώμην, quãuis nihil aliud ſignificet quàm ſimplex ἐγγυάομαι, deſpondeo. Sunt præterea nõ pauca, quæ præcipuè apud poëtas augentur initio, quanuis præpoſitio aliquid addat ad ſignificatũ: vt βάλλω, iacio, ἀμφιβάλλω, dubito: imperfect. ἠμφιβάλλον. Hoc loco illud monendum,

ἀμφιβάλλω. Notio. Compoſita ex α, aut ex nomine, & decompoſita initio augentur, CLENARDVM hic verba facere de augmento verborum compoſitorum, quæ componuntur è præpoſitione, vel ex δυς & εὐ & alio verbo, quanuis non ſit in vſu, at quæ cõponuntur ex α priuatiuo aut ex nomine & verbo, vel quæ ducuntur à nomine compoſito (quę decompoſita appellãtur) in principio incrementum ſuſcipiunt: vt ἀγνοέω ῶ, ignoro: fut. ἀγνοήσω: aoriſt. prim. ἠγνόησα, ἠγνόησας, ἠγνόησε. Homerus Ι'λ. β'. aduocato ι ad ο dixit ἠγνοίησε, ignorauit: ex ἠγνόησα crasi ον in ω fit ἤγνωσα, ας: vnde tertia Ionica ἀγνώσασκε, 47. 39. perfect.

ἀγνοέω. ἠγνοίησε. ἀμφιγνοέω. ἠγνόηκα: paſſ. ἠγνόημαι: partic. ἠγνοημένος: fit ἀγνοέω ex α priuatiuo & νοέω, intelligo, cum pleonaſmo literæ γ: ex eodem νοέω cum ἀμφὶ, fit ἀμφιγνοέω, dubito, quod etiam augetur initio, imperfect. ἠμφιγνόεον ἠμφιγνόουν: aoriſt. prim. ἠμφιγνόησα. Ab ὁ ἡ ἀκριβὴς, ές, diligens, fit ἀκριβόω, diligẽter perquiro: fut. ἀκριβόσω, aor. prim. ἠκρίβωσα, ας, ε: perf. ἠκρίβωκα: paſſ. ἠκρίβωμαι: partic. ἠκριβωμένος, ἠκριβωμένη, accuratus, a. Ab ὁ ἡ ἀμελὴς, ές, negligens, piger, fit ἀμελέω, negligo. fut. ήσω: perfect. ἠμέληκα: infin. ἠμεληκέναι: perf. paſſ. ἠμέλημαι, ησαι, ἠμέληται, neglectum eſt: partic. ἠμελημένος, neglectus: hinc aduerb. ἠμελημένως, negligenter, citra curam: reperitur hoc partic. ſine aug. ἀμεληθέντος. Ab ὁ ἀντίδικος, ν, aduerſarius cauſæ ſiue litis, fit ἀντιδικέω, ad cauſam occurro, liti me offero: imperf. ἠντιδίκεον ἠντιδίκουν. ὁ ἡ ἀσελγὴς, ές, impudicus: hinc ἀσελγαίνω, laſciuio: fut. ἀσελγανῶ, aor. prim. ἠσέλγηνα, 53. 26. ab eodẽ quoque fit ἀσελγέω, petulãter ago: fut. ἀσελγήσω: perfect. ἠσέλγηκα: paſſ. ἠσέλγημαι: partic. ἠσελγημένος, η, ον, hinc τὰ ἠσελγημένα, iniuriæ & contumeliæ per petulantiam illatæ. Ab ὁ ἡ ἀδὴς, ές, infirmus, debilis, fit ἀδενέω, imbecillis fio, langueo: imperfec. ἠδένεον ἠδένουν: fut. ἀδενήσω: perfec. ἠδένηκα. ὁ ἡ ἄσιτος, ν, ieiunus, inappetens, hinc ἀσιτέω, inedia premor: imperf. ἠσίτουν. ὁ καὶ ἡ ἄστατος, ν, inſtabilis, hinc ἀστατέω, inſtabilis ſum: imperf. ἠστάτουν. ὁ ἡ ἄσχολος, ν, negotioſus, occupatus, hinc ἀσχολέομαι, occupor, negotia ſuſcipio: perf. ἠσχόλημαι, ησαι, ηται: aoriſt. prim. ἠσχολήθην, tertia plural. ἠσχολήθησαν, operam & ſtudium dederunt: partic. ἀσχοληθείς, έντος, rei cuipiã deditus. ὁ ἐναντίος, ν, cõtrarius, hinc ἐναντιόομαι ῶμαι, aduerſor, imperf. ἠναντιούμην, ού, ούτο, craſi ἠναντιόμην ἠναντιῶ, ἠναντιῶτο: perf. ἠναντίωμαι, ασαι, αται: aor. prim. ἠναντιώθην, ης, η: hinc infinit. ἐναντιωθῆναι, & partic. ἐναντιωθείς, έντος. τὸ χειρουργὸν, ῦ, recens factum, vnde χειρουργέω, nouum aliquid molior aut deſigno: imperf. ἐχειρούργουν. ὁ καλλιγεάφος, ν, lepidus ſcriptor, vnde καλλιγεαφέω, pulchrè ſcribo & eleganter: imperf. ἐκαλλιγεάφουν. ſic ab ὁ ἡ καλλιεπὴς, ές, elegans & ſplendidus in verbis, fit καλλιεπέω, ornatè & eleganter dico: futur. ήσω: perf. κεκαλλιέπηκα: paſſ. ημαι: partic. κεκαλλιεπημένος, ornatus, diſertus: vnde aduerb. κεκαλλιεπημένως, diſerte & ornatè. ſic etiam καλλιερέω, numine propitio vtor, ſacra facio. fut. ήσω: aor. prim. ἐκαλλιέρησα, ας, ε: imperf. paſſ. ἐκαλλιερεόμην, ἐκαλλιερέου, ἐκαλλιερέετο, craſi ἐκαλλιερῆτο. ὁ παιδαγωγὸς, ῦ, pædagogus, cuſtos & inſtitutor pueri, vnde παιδαγωγέω, pueros ſequor, id eſt, ſum pædagogus, erudio: fut. παιδαγωγήσω: perf. πεπαιδαγώγηκα: paſſ. πεπαιδαγώγημαι, πεπαιδαγώγησαι, πεπαιδαγώγηται. ὁ παῦργος, ν, aſtutus, qui omnibus in rebus verſatus eſt: ab hoc παυργέω, callidè ago, ſceleſtus ſum & aſtutus: fut. παυργήσω: perf. πεπαύργηκα, πεπαυργήκας: part. ὁ πεπαυργηκὼς, ότος, τῷ πεπαυργηκότι. ὁ πολυπλάσιος, ν, multiplex, à quo πολυπλασιάζω, multiplico, imperf. ἐπολυπλασίαζον. ὁ καὶ ἡ φιλόσοφος, ν, philoſophus, ſapiẽtiæ ſtudioſus, hinc φιλοσοφέω, philoſophiæ ſtudio indulgeo: fut. ήσω: perf. πεφιλοσόφηκα: paſſ. πεφιλοσόφημαι, πεφιλοσόφησαι: imperat. πεφιλοσόφησο,

διεγγυάομαι.

ἀμφιβάλλω.

καλλιεπέω.

καλλιερέω.

παιδαγωγέω.

παυργέω.

πολυπλασιάζω.

φιλοσοφέω.

φησω, πφιλοσοφήσθω, disputatum sit. φιλόπιμος, ν, ambitiosus, ab hoc φιλοπιμέω; ambitiosè quippiã conor: fut. ησω: perf. πεφιλοπίμηκα: pass. ημαι, ησαι, ηται: aor. prim. ἐφιλοπιμήθην, ης, prima plur. ἐφιλοπιμήθημεν εἰς ὑμᾶς, in vos contulimus. ὁ ἡ χλεχαγὸς, ὃ, qui manu ducit, vnde χλεχαγέω, manu duco: imperf. ἐχλεχαγέουν. Hæc tam multa exempla in medium attulimus, vt ex his discant pueri similia formare, atque vt in thematis inuestigatione esse possint multò prõptiores, idem & in sequentibus factitabimus, iis qui in hac exercitatione tyrones sunt obsecuti, qui à nobis efflagitârũt, vt sibi hac in re operã daremus. φιλοπιμέω. φιλοπιμία. χλεχαγέω. ἀπλαύω.

[2] Huius fut. ἀπλαύσω: aor. prim. ἀπέλαυσα, ἀπέλαυσας, ἀπέλαυσε, tertia plur. ἀπέλαυζαν: dicitur & ἀπήλαυσα vt ἀπήλαυσεν, Atticè augmento syllabico ε in temporale η mutato: perf. ἀπολέλαυκα: infin. ἀπολελαυκέναι. [3] Fut. ἐπιχερήσω: aor. prim. ἐπεχείρησα: perf. ἐπικεχείρηκα: pass. ημαι, ησαι, ηται: aor. prim. ἐπεχρήθην, ης, η: part. ἐπικρηθεὶς, ῆσα, έν. [4] Fut. ἐγκωμιάσω: perf. ἐγκεκωμίακα: pass. ασμαι, ασαι, αται: aor. prim. ἐνεκωμιάσθην: part. ἐγκωμιασθεὶς, έντος, laudatus. sunt qui scribãt imperf. ἐνεγκωμίαζον pro ἐνεκωμίαζον per pleonasmũ literæ γ. [2] [3] ἐπιχείρω. [4] ἐγκωμιάζω.

[5] Sic δυσφημέω, maledico, impiè & irreligiosè loquor: fut. δυσφημήσω: aor. prim. ἐδυσφήμησα, ἐδυσφήμησας, ἐδυσφήμησε. At δυσχεραίνω, indignor, grauiter & ægrè fero, augetur initio: imperf. ἐδυσχέραινον, ες, ε: fut. δυσχεραῶ: aor. prim. ἐδυσχέρανα: & in optat. Æolico δυσχεράνειε, ας, ε: atque in subiunct. δυσχεράνω, μὴ δυσχεράνητε, ne grauiter feratis. [6] Imperf. εὐώρκεον, εὐώρκεων. huic opponitur ὑπορκέω, ω, peiero, falsò deiero per: quod etiam in medio augetur: futur. ὑποροκήσω: perfect. ὑπώρκηκα. [7] Fut. εὐεργετήσω: aor. prim. εὐηργέτησα. reperitur tamen perf. sine augmento, εὐεργέτηκα, ας, ε: pass. εὐεργέτημαι: particip. εὐεργετημένος, beneficiis affectus. [8] Imperf. εὐηγγελιζόμην: fut. med. εὐαγγελίσομαι & Atticè εὐαγγελιῶμαι: part. εὐαγγελιούμενος nuntiaturus, forma futuri secundi: sic actiuum εὐαγγελίζω: fut. εὐαγγελίσω & Atticè εὐαγγελιῶ: aor. prim. εὐηγγέλισα, εὐηγγέλισας, εὐηγγέλισε. med. εὐηγγελισάμην, εὐηγγέλισο, εὐηγγελίσατο: perf. pass. εὐηγγέλισμαι, ισαι, ισται: part. εὐηγγελισμένος: aor. prim. εὐηγγελίσθην: imperat. εὐαγγελίσθητι, εὐηγγελισθήτω. dicitur & εὐαγγέλλω: aor. sec. εὐήγγελον: pass. εὐηγγέλλω, nuntiatus sum, id est, mihi bonus nuntius allatus est. [9] His adde ex Budæo, ἀπτοέω, obstupeo: fut. ώσω: aor. prim. pass. ἀπτοηθῶ, obstupui. ἀποδιοπομπέομαι, auerto: ἀπολογέομαι, rationem reddo, pro me respondeo: ἀφυιάζω, commordeo frænum, frænum non admitto: ἐμβατεύω, incedo: ἐνδοιάζω, dubito: ὑπαπλάζω, fluito: εὐεργέω, beneficium colloco: χάθημαι, sedeo, interdum tamẽ augetur etiam initio, vnde ἐκάθητο vel καθῆτο, sedebant. ϖϱοφθονέω, violo, iniquè & contra leges ago: ϖϱοπηλακίζω, vitupero, ϖϱοφασίζομαι, capio occasionem, prætexo: imperf. ϖϱοεφασιζόμην, & crasi ϖϱουφασιζόμην. verùm de huiusmodi cõtractione plura circa finem Annot. in verba καταγλωττίζω, suauior item conuitior: huius particip. perf. est κατεγλωττισμένος, pro καταγεγλωττισμένος: nõ enim repetitur prima consona thematis simpl. quãuis ε sit anceps. [5] δυσχεραίνω. [6] εὐορκέω. ὑπορκέω. [7] εὐεργετέω. [8] εὐαγγελίζομαι. εὐαγγέλλω. Auctia in medio. [9] προφασιζόμην. κατεγλωττισμένος

MVLTA Alia quæ hîc non enumerauimus hoc aut illo modo faciẽtia, recensentur à CLENARDO in Inuestig. them. in verbo ἀλίσκομαι, & illius composito ἁναλίσκω. Cæterùm hæc augmenti varietas Attica nõ solùm habet locum in compositis quorum simplicia non sunt in vsu, sed etiam aliquando in iis quorum simplicia sunt vsitatiss. vt πάσομαι, facio: compositum παιδοποιέομαι, id est, filios procreo, augetur initio, πεπαιδοποίμαι: quod componatur ex nomine παῖς, παιδός, puer, filius. Ab ἵημι, mitto. cõpositum ἀφίημι, dimitto, nunc augetur initio, ἠφίει dimittebat (imperf tãquam ab ἀφιέω, vt habes, 105. 7.) nunc in medio, ἀφεῖμαι, dimissus sum, perf. pass. nunc vtrinque. ἠφέθη, dimissus est, aor. prim. pass. pro ἀφέθη. Verùm huiusmodi varietas rarò inuenitur in compositis è prępositionibus & verbis simplicibus vsitatis. nam hæc ferè semper augentur in medio. [10] Poëtæ verò nõnunquam augmentum syllabicũ causa mẽtri positione producunt, geminata videlicet consona sequente, vel assumpta externa consonante: vt ἀλήω, cesso: fut. ἀλήξω: aor. Appendix: Augmenti varietas vbi habeat locum. παιδοποιέομαι. ἠφίει. ἀφεῖμαι. ἠφέθη. Augmentum ε à poetis positione productum. ἐλλιξα. ἐγδέπισα. [10]

prim. ἔλιξα, & geminato λ, ἔλλιξα, à δυπέω, ſtrepo. aor. prim. ἐδύπησα, & poëticè ἐγδύπησα, aduocato externo γ.

De perfecto ει in ο.

Perfecto Attici penultimam ε diſyllabi primæ & ſecundæ coniugationis vertunt in ο, πέμπω, *mitto*, πέπεμφα communiter, πέπομφα Atticè: βρέχω, βέβρεχα, βέβροχα *irrigo*.

πέπομφα. βέβροχα.

μεμβήκα. 1 Verbum μβάω facit μεμβήκα, tanquam à μβνέω, *maneo*.

Reduplicatio Attica in præterito incœptorum ab ε, ο, α. 2 ἐρήεικα. ἐρήεισμαι. ὄλωλα. ἀγήγερκα. ἀγήγερμαι. *Atticiſmus.*

2 Attici inchoatorum ab ε, ο & α breui, præterito communi præfigunt duas priores literas præſentis, ἐείζω, *contendo*, ἤεικα, ἐρήεικα, paſſiuum ἐρήεισμαι: ὄλλω, *perdo*, ὤλα, ὄλωλα, præteritum medium eſt: ἀγείρω, *congrego*, ἤγερκα, ἀγήγερκα, 3 ἀγήγερμαι.

4 Corripitur autem præteriti Attici tertia ſyllaba ſi trium ſyllabarum numerum exceſſerit: hoc modo, vertitur η in ε, ω in ο, ϥ & ευ abiiciunt ε, οι & υ ſubiunctiuam: ἀλήθω, ἤληκα, 5 ἀλήλεκα, *molo*: 6 ἐρωτῶ, ἠρώτηκα, ἐρηρότηκα, *interrogo*: ἀλείφω, 6 ἤλϥα, ἀλήλιφα, 7 λιφα, *ungo*: ἐλεύθω, ἤλευθα, 7 ἐλήλυθα, *venio*: ἑτοιμάζω, ἡτοίμακα, ἑτητόμακα, *paro*: ἀκούω, ἤκουα, ἀκήκοα, *audio*.

ἀλήλεκα. ἐρηρότηκα. ἀλήλιφα, ἐλήλυθα. ἑτητόμακα. ἀκήκοα.

8 At ἐρείδω, *firmo hæreo*, 8 ἤρϥκα, ἐρήρϥκα, 9 ἐρήρϥσμαι, 9 ἐρήρϥδα, vt differat ab ἐρήεικα verbi ἐείζω, *contendo*.

ἐρήρϥκα. ἐρήρϥσμαι. ἐρήρϥδα.

Verbum ἔδω, *edo*, ἦκα, ἔδηκα: & interiecta ſyllaba δο, ἐδήδοκα: paſſiuum ἐδήδομαι: ſic ἄγω, *duco*, aſſumit γ, ἦχα, ἄγηχα, ἀγήοχα: ſed euphonia tollit γ, 10 ἀγήοχα.

ἐδήδοκα. ἐδήδομαι. ἀγήοχα.

ε ante { ω / ο

Incœptis ab ο vel ω præteritum Atticum præfigit ε, ὁράω, *video*, ὦρακα, ἑώρακα: οἴγω, *aperio*, ᾦγα, 11 ἑῶγα, vnde fit 12 ἀνέῳγα, *aperui ſeu apertus ſum*: ὤθω, *impello*, ὦσμαι ἔωσμαι: ὠνέομαι, *emo*, ὦνημαι, ἐώνημαι. Idem:

ἑώρακα. ἑῶγα, ἀνέῳγα. ἔωσμαι: ἐώνημαι.

fit

fit in præterito imperfecto, ἑώρων, *videbam*: [13] ἐωνέ- [13] ἑώρων.
μιν, *emebam*, [14] & consimilibus. [14] ἐωνέμιν.

Sic ἔοικα, *assimilo*, *conueniens sum*: medium præteritum facit οἶκα, vnde [15] ἔοικα *similis sum*, *congruo*. [15] ἔοικα.
Accidit hoc & in aoristis aliorum quoque verborum, ἧκα, ἔηκα, *misi*: vnde ξυνέηκα, *commisi*: *item*, *intellexi*: εἶπα, [16] εἶπα, *dixi*: προσέειπα, *allocutus sum*: [16] εἶπα, προσέπα, ab ἔπω. προσέπω. ἐωσάμην, ab ὤθω.
ὠσάμην, ἐωσάμην, *impuli*: sed huiusmodi magis poëtarum sunt.

[17] Cæterùm ε augmentum Atticum, spiritum fortitur præsentis, ὁράω, ὦρακα, ἑώρακα, *vidi*: ὠνέομαι, ὤνημαι, ἐώνημαι, *emi*. [17] Spiritus ε augmenti Attici.

Attici præterea pro incremento λε & με, ponunt ει diphthongum: λήβω, *sumo*, λέληφα, εἴληφα: μείρομαι, *sortior*, μέμαρμαι, [18] εἵμαρμαι. [18] Atticisimum. ει pro λε. με.

FVTVRVM tamen μάω regulare est, 39. 24. & aoristus primus ἔμεια, 54. 4. particip. μείας, αντος. [1] Huiusmodi reduplicatio non solùm habet locum in præteritis, sed etiam interdum in præsentibus præcipuè verborum in μι, vide, 103. 43. [2] Hinc tertia pluralis Ionica ἀγηγέαται, congregati sunt, 66. 2. & 8. [3] Doricè verò nonnunquam manet longa: at quæ sola positione producitur, ne Atticè quidem aut Communiter corripitur, vt patet ex ἀγήγερκα. [4] Passiuum ἀλήλεσμαι. participium ἀλήλεσμένος, molitus. [5] Pass. ἤλειμμαι, Atticè ἀλήλιμμαι, ἀλήλιψαι, ἀλήλιπται non ἤλειπται: particip. ἀλήλιμμένος. aoristi. secund. est ἤλιφον, 55. 3. [6] Et poëticè εἰλήλυθα, veni: vbi producitur aduocato ι, & tertia syllaba Doricè manet longa: prima plural. εἰλήλυθαμεν & syncope εἰλήλυθμεν. [7] Hinc participium ἡρεκώς, ότος, qui hæsit. [8] A tertia sing. ἐρήρεισται fit tertia plur. Ionica ἐρηρέδαται, nixi sunt, 66. 2 & 5. [9] plus quàm perfect. sumit aliud incrementũ ἠρηρείσμην, inhæseram. [10] Bœoticè ἀγείοχα, η in ει mutato, 105. 14. [11] Præteritum est medium: participium ἐωγμένος, ἡ ἐωγυῖα, apertus, aperta. [12] Et rursus aucta præpositione, ἀνέωγα. [13] Tertia plural. ἐωνέατο ἐωνοῦντο, emebant, ab ὠνέομαι. [14] Vt ab οἰνοχοέω, οῦμαι, οἰνοχόουν, οἰνοχόουν, οἰνοχόουν & οἰνοχόουν, Ι'λ. γ'. Cæterùm his quæ hoc loco à CLENARDO recensentur, non vtuntur doctiores qui prosa oratione scripserunt, nisi cum appositione huius augmenti ε. at poëtæ illud non rarò detrahunt: vnde ὦρα pro ἐώρα, intuebatur, tertia impersecti ab ὁράω. sic ab εἴργω, εἴξω: aoristus prim. ἷξα pro ἔωξα, & soluta diphthongo ὄϊξα, ὄϊξας, ὄϊξε: perfec. ὦχα: pass. ὦγμαι: plus quàm perf. ὤγμην, ἶξο. ἔκλο. vnde tertia plur Ionica (66. 2.) ὦχατο, cum ὤλλ, ἐπώχατο, inclusi erant. [15] Atque hinc vsitatissimum illud participium ὁ εἰκὼς, ότος, similis, decens: & neutrum τὸ εἰκὸς, εἰκότος, par, decens, consentaneum, vero proximum, signum necessarium, ducuntur ab ἔικα pro ἔοικα, quod formam habet præteriti medij ab ἔχω, sed ει non mutatum fuit in η: sunt qui velint Bœoticum esse

Atticа reduplicatio etiam in præsentibus. ἀγηγέαται. Dorismus. Notio. ἀλήλεσμένος. ἀλήλιπται. ἐλήλυθα. ἐλήλυθμεν. ἐρηρέδαται. ἠρηρείσμην. ἀγείοχα. ἐωγυῖα. ἠνέωγα. ἐωνοῦτο. Notio. ὦρα, ἐώρα. ἷξα, ἔωξα. ὄϊξα, ας, ε. ἐπώχατο. εἰκὼς, ότος. εἰκὸς, ότος. εἰκὼς, ότος. ἔικα.

ἔᾶξα.
ἤιξαγ. ἤικτο.
Annotatio.
ἔεπτον.
Regula.
εἵμαρται.
εἵμαρτο.
εἱμαρμένος.
ἐμβεβαμεῖν.
ἐμβεβαμένη.
εἱμαρμένη.
ἔμμορσε.
ἔοικυμαγ.
ἐοικυμένως.
ἐπέπυστο.
διέοικυτε.
ἔοικυθεν.

pro aoriſto prim. ἄξα, ſimilis ſum, in cuius tertia plur. reperitur εἴξαν pro ἔξαν, ab εἴχω: cuius fut. εἴξω: perfect. ἔοικα: paſs. ἔγμαι, εἴξαι, & ſoluta diphthõgo, verſõque ε in η, ἤιξαγ, ſimilis es: ſic in plus quàm perfect. ἠΐγμην, ἤιξο, ἤικτο, ſimilis erat. tertia perfecti ἔοικται, cum augmẽto ε, ἔεικται, ſimilis eſt. Hæc præterita præſentis ſignificationem habent, & plus quàm perfectum imperfecti. 5

16 16 Sic in aoriſto ſec. εἶπον, εἶπον, ab ἔπω dico quod per ει augetur. 17 Hoc fit
17 contra regulam generalem, quę vult ε augmentum ſyllabicum notari ſemper
18 ſpiritu tenui. 18 Tertia perſona εἵμαρται, fatum eſt: tertia plus quàm perfecti εἵμαρτο, fato decretum erat: partic. εἱμαρμένος, fatalis. Pro εἵμαρμαι reiecto ι, & metatheſi dicitur ἔμβεβαμαι, fatatus ſum: inſeritur β, quòd μ ante ε nõ 10
ponatur, § 17. hinc ἡ ἐμβεβαμένη, vt ab εἵμαρμαι ἡ εἱμαρμένη, id eſt, fatum, ſors, fatalis curſus. ſunt qui ſcribant cum ſpiritu aſpero ἑἵμαρμαι, ἑἱμαρμένη, à μείρομαι, præterit. med. eſt μέμορσε, ſortitus ſum, & poëticè ἔμμορσε facta metatheſi: qua etiam in quibuſdam aliis præteritis vtuntur: vt ἔοικυμαι, motus ſum, pro σέσυμαι, à σίω, moueo: partic. ἐοικυμένος, properans: hinc aduerb. ἐοικυμένως, ſtu- 15
diosè, certatim, properè: tertia perfecti ἔοικυται, cum ἔθλι, ἐπέοικυται, impetum fecit: plus quàm perfect. ἐοικύμην, ἔοικυσο, ἔοικυτο, exilibat, cum δίω, διέοικυτο, peruagabatur: poteſt cenſeri imperfectum à σύμαι: aor. prim. ἐοικύθην, tertia plur. ἐοικύθησαν, & Bœoticè ἔοικυθεν, eruperunt, 67. 23. 20

De plus quàm perfecto actiuo & medio. Atticiſmus. ἐκεχλύη.

1 [1]Plus quàm perfecti & prima & tertia ſingularis Atticè per η ſine ν, ἐπετύφη ἐγὼ, *verberaueram ego*: ἐπετύφη ἐκεῖνος, *verberauerat ille*: [2] vnde ἐκεχλύη plus quàm perfectum medium à χάνω, *dehiſco*: &

ἤδη. 3 ἤδη pro [3]ἤδειν ab εἴδω, *ſcio*. 25

4 [4]Tertiam pluralem ἐπετύφεσαν Atticus effert per
ἐπετύφεσαν, ἤδεσαν, ἀκηκόεσαν, à τύπτω, εἴδω, ἀκούω. 5 εσαν elidendo ſubiunctiuam: [5]ἐπετύφεσαν, ἤδεσαν, ἀκηκόεσαν, *verberauerant, nouerant, audiuerant*.

τεθεμελίωτο. 6 [6]Eſt quandoque hoc tempus contentum incremento perfecti: τεθεμελίωτο, *fundatus erat*, plus, quàm perfectum paſſiuum à θεμελιόομαι *fundor, aris*.

Plus quàm perfectum cum triplici augmento. ἠγηγέρκειν, ἠωρωρύχειν, ἠκηκόειν, ab ἀγείρω, ὀρύσσω, ἀκούω.

Atticum plus quàm perfectum temporaliter
7 initio augetur: ἀγήγερκα, [7]ἠγηγέρκειν, *congregaui, con-*
8 *gregaueram*: ὀρώρυχα, [8]ὠρωρύχειν, *fodi, foderam*: ἀκή- 35
κοα, ἠκηκόειν, *audiui, audiueram*. Excipe ἐληλύκειν &
9 [9]ἐληλύθειν, *veneram*, ab ἐλήλυκα & ἐλήλυθα, ab ἐλεύθω, *venio*. At ἔολπα, *ſperaui*, ἐώλπειν: ἔοργα, *compo-*

[ἐώλπειν, ἐ-

ſui,

ſui, ἐώργειν: ἔοικα, ſimilis ſum, [10] *ἐώκειν,* [11] augentur ſecunda ſyllaba, pro ἠόλπειν, ἠόργειν, ἠοίκειν.

ωἰργειν, ἐώκειν, ab ἔλπω. ἔργω, ἔοικα.

I D Fit arrepta ab Ionibus occaſione, qui primam perſonam plus quàm perfecti actiui & medij per εα, & tertiam per εε efferunt, quæ Attici & Dores in η contrahunt. [1] Sic ὀδώδη, oluerat, ab ὄζω: præt. med. ὦδα, 72.13. Attice ὤδωδα, δ pro ζ repetito, (hinc infin. ὀδωδέναι, & partic. ὀδωδώς, ότος) plus q. ὠδώδειν, ὠδώδεις, ὠδώδει, & Ionicè detracto priori augmento ὀδώδεια, ὀδώδειας, ὀδώδειε, & crasi Attica ὀδώδη. [3] Vide Inueſtigationem thematis in verbo εἴδω. Reperitur & Ionicum ἤδεια, ἤδειας, ἤδειε, noueram, as, at: vnde factum eſt Atticum ἤδη, noueram & nouerat. [4] Idem & Dores obſeruant. His ſimilia ſunt ἐλελοίπεσαν, omiſerant, à λείπω: præt. med. λέλοιπα, 72.29 ἐπεπερά̃γεσαν, egerant, à περάω: præt. med. πέπερα̃κα, 72.13. ϗκεχωρήκεσαν, ceſſerant, & detracto ε Ionicè κεχωρήκεσαν, à χωρέω, μ. ήσω, π. ηκα. [5] Ionicè ſine ε, τετύφεσαν, [6] Iones & poëtæ id in multis obſeruant: imò non rarò perfecti quoque augmentum plus quàm perfecto paſſ. detrahunt: atque nonnunquam imperfecti augmentũ tantummodo illi concedunt: vt δείδεκτο, δίκτο & ἔδικτο, atque ectaſi poëtica δηΐδεκτο, pro ἐδείδεκτο, ſuſceperat: & prima perſona ἐδέγμην pro ἐδεδέγμην à δέχομαι ex δεδίκτο fit tertia plur. Ionica (66.2.) δεδέχατο: ſic in tertia plurali perfecti, δεδέχαται, ſuſceperunt. ἔλεκτο pro ἐλέλεκτο, concubuerat, à λέχομαι, ἐλέλικτο: conuolutus erat, pro ἐλήλιχτο, ab ἑλίσσω: fut. ἑλίξω. præt. ἧλιξα: paſſ. ἥλιγμαι, & per reduplicationem Atticam ἐλήλιγμαι, vnde plus q. ἠληλίγμην, ἠληλίζο, ἠληλίκτο, & ſublato vtroque augmento, remanente tamen reduplicatione, ἐλέλικτο: ἐπεμπίπλο, pro ἐπιμπίπλο, reſponderat, ab ἐπιμπλάομαι. ἔπλητο pro ἐπίπλητο, impletus erat vel implebatur: & in tertia plurali ἔσαλωτο pro ἐπίπλωτο, à πλάω ὁ πλήθω. malim eſſe imperfectum à πλῆμι, penultima remanente longa in voce paſſ. πλῆμαι, ἐπλήμην, ἔσλησο, ἔσλητο. κεκόρηκα, κεκόρηκας, κεκόρηκε, totonderam, as, at, pro ἐκεκόρηκα, à κείρω, fut. κερῶ, 40.4 perfect. κεκαρκα, 51.28. paſſ. κέκαρμαι. κέκλαγγο, pro ἐκέκλαγγο, fractus erat, à κλάζω: futur. κλάγω: perf. κέκλαγκα: paſſ. κέκλασμαι. πάλη, impactus fuerat, pro ἐπάλη, à παλλόμαι, titubo. ϕυγοπολαύκη pro ϕυγεπελαύκη, vel pro παρηπολαύκη, obiter fructum ceperam, à ϕυγοπολαύω, quod componitur ex ϕυγή & ὑποπολαύω, atque ὑποπολαύω ex ὑπὸ & inuſitato λαύω. πεφόβητο, territus erat: vnde tertia plur. Ionica (66.2 & 15.) πεφοβέατο pro ἐπεφοβέωτο, à φοβέω, μ. ήσω. χύτο, fuſus erat pro ἐκέχυτο, in tertia plur. χύτο: pro ἐκέχυντο: cum ſolo imperfecti augmento ἔχυτο, cum ἀμφὶ, ἀμφέχυτο, circunfuſus erat, vel circunfundebatur. [7] Poteſt duci ἠγερκα ab ἀγείρω, de quo ſuprà, 144.11. vel ab ἐγείρω, excito: quorum perfectum ἤγερκα, collegi vel excitaui: paſſ. ἤγερμαι, collectus ſum vel excitatus ſum: Atticè ab ἀγείρω, ἀγήγερκα, ἀγήγερμαι: ab ἐγείρω ἐγήγερκα, ἐγήγερμαι: plus quàm perfectum ab vtroque ἠγηγέρκη, collegeram vel excitaueram. [8] At ὠρωρέχη, porrexeram, ab ὀρέγω: paſſ. ὠρωρέγμην, ὠρώρεξο, ὠρώρεκτο: hinc detracto priori augmento fit tertia plur. Ionica (66.2) ὀρωρέχατο, porrecti erant. [9] Tertia plur. ἐλελύθεσαν, & Att. ἐλελύθεσαν. [10] Et ſine augmento, ἐοίκη: in tertia plur. ἐοίκεσαν, & Atticè ἐοίκεσαν, ſimiles erant. [11] Sic ἑαρτάζω, feſtũ diem ago: imperf. ἐώρταζον. pro ἠόρταζον.

ωἰργη, ἐώκη, ab ἔλπω. ἔργω, ἔοικα.

Ioniſmus.

ὀδώδη. ὀδωδέναι. ὀδωδώς.

ἤδεια, ας, ε.

Doriſmus.

ἐλελοίπεσαν. ἐπεπεράγεσαν. κεχωρήκεσαν. τετύφεσαν.

Augmentum plus quàm perfecti apud Ionas & poëtas.

δείδικτο, δίκτο, ἔδικτο, δεδίκτο.

δεδέχατο. ἔλεκτο. ἐλέλιχτο. ἐπεμπίπλο. ἔσλητο. ἔσλητο. ἐπάλη. ἔσλητο. κεκόρηκε. κέκλαγγο. πάλη. ϕυγοπολαύκη. πεφόβητο. χύτο. ἀμφέχυτο.

ἤγερκα, ἤγερμαι.

ἀγήγερκα. ἐγήγερκα. ἠγηγέρκη. ὠρωρέχη. ὀρωρέχατο. ἐλελύθεσαν. ἐοίκεσαν. ἐώρταζον.

De aoriſto primo.

ἔπα. ἤνεγκα. ἔθηκα. ἔδοκα. ἦκα.

Aoriſtus primus conſonantem ſeruat futuri, præter quinque, ἔπω, εἶπα, *dico*, ἐνέγκω, ἤνεγκα, *fero*: πίθημι, ἔθηκα, *pono*: δίδωμι, ἔδωκα, *do*: ἵημι, ἧκα, *mitto*. [1] duo primi etiam in reliquis modis vſurpantur. 1

tres vltimi minimè.

ἔχεα, ἔχευα. ἔκυα, ἔσευα. ἤλευα.

2 Quatuor ſcribuntur purè, χέω, ἔχεα vel [2] ἔχευα, [3] *fundo* : [3] κάω vel κᾱ́ω, ἔκυα, *accendo* : σεύω, ἔσευα, *moueo*: ἀλεύω, ἤλευα, *euito*, ſublata futuri conſonante.

Dicta ab ἔπα & ἤνεγκα.

cio, ſuggero & in memoriam reuoco, futur. μνήσω: aoriſt. prim. ἔμνησα: participium μνήσας, μνήσασα: aoriſt. prim. med. ἐμνησάμην: tertia plur. detracto augmento μνήζαντο: opt. μνησαίμην, αιο, αιτο: tertia plural. μνήσαιντο, & Ionicè μνησείατο, memorârint, 66.12. infinit. μνήσασθαι, mentionem facere: participium μνησάμενος, μνησαμένη. futur. med. μνήσομαι, mentionem faciam. perfect. paſs. μέμνημαι, μέμνη, (139.10. & 151.29.) μέμνηται: hinc aoriſtus prim. ἐμνήσθην, aſſumpto σ, 152.29. vnde imperat. μνήσθητι: ſubiunct. μνησθῶ: infinit. μνησθῆναι: participium μνησθείς, έντος, memoriam faciens, & memor factus ſeu recordatus: futur. prim. μνησθήσομαι, habebo mentionem, à themate μνάομαι tertia pluralis imperfecti ἐμνάατο ἐμνῶντο, & poëticè ἐμνῶντο, memores erant, vide 92.25. & 37. participium μνάμενος, μνάμενος, & Ionicè μνεώμενος: Herodotus μνεώμενος ἀρχὴν, affectans imperium. Sed redeamus ad verba in σχω: finita in έσχω ex έω, ſeruant omnia ε in fut. vt ἀρέσχω ab ἀρέω, placeo, μ. ἀρέσω: κέσχω à κέω (vnde & κῆμαι, 163.20.) iaceo, μ. κέσω. Quædam deſinunt in ύσχω ab υω: hæc in penultima nihil mutant: μεθύσκομαι à μεθύομαι, ebrior, ebrius ſum: futurũ med. μεθύσομαι: paſſ. μεθυσθήσομαι, μεθυσθήσῃ, inebriabor, beris. ῥύσκομαι, à ῥύομαι, traho, cuſtodio, tueor: futur. med. ῥύσομαι: ῥυσόμεθα, defendemus: aoriſt. prim. ἐῤῥυσάμην, ἐῤῥύσω, ἐῤῥύσατο, eripui, iſti, it: imperat. ῥῦσαι, libera: ῥύσασθε, liberate: perfect. paſſ. ἔῤῥυμαι, liberaui: ſine augmento ῥῦμαι: vnde infinit. ῥῦσθαι, & tertia plus quàm perfecti Ionica ῥύατο pro ἔῤῥυντο, 66.2. ſic tertia pluralis imperfecti ῥύοντο, pro ἐῤῥύοντο, Ionicè depoſito augmento. huius imperat. ῥῦ & Ionicè (68.25.) ῥύεο, libera. Verbum βόσχω, à βόω, paſco, pabulum præbeo, facit in futur. βοσκήσω, tanquam à βοσκέω: cùm dicendum eſſet βόσω: tamen à βόσω ducitur perfectum βέβοσκα, paui. 9 Futurum βρώσω: perfect. βέβρωκα: plus quàm perfect. ἐβεβρώκειν, ἐβεβρώκεις, ἐβεβρώκει, & abiecto ε βεβρώκει, paſtus erat, ederat: opt. βεβρώκοιμι, βεβρώκοις, pro hoc, κ in θ mutato, Homerus dixit βεβρώθοις, comedere: vel eſt optatiui medij ab inuſitato βρώθω. A βέβρωκα fit paſſiuum βέβρωμαι, βέβρωσαι, βέβρωται, voratum eſt: infinit. βεβρῶσθαι, eroſum eſſe: participium βεβρωμένος, eroſus: τὰ βεβρωμένα, comeſa: aoriſt. prim. ἐβρώθην: participium, βρωθείς, εῖσα, έν: τὰ βρωθέντα, comeſta. Aoriſtus ſecundus actiuus, ἔβρων, ἔβρως, ἔβρω, quaſi à βρῶμαι, 100.2. & 105.23.

μνησάμενος.

μνώοντο. μνεώμενος.

κέσχω.

μεθύσκομαι. ῥύσκομαι.

ῥῦμαι. ῥῦσθαι ῥύατο.

ῥύεο. βόσχω. βρώσομαι. βεβρώκα.

βεβρώθοις.

αὔξω ab αὐξέω.

Barytona à circumflexis.

1.2 [1] Αὔξω, *augeo*. Futurum, αὐξήσω, ab αὐξέω. [2] In-
3 numera barytona facta ſunt à circunflexis, [3] tem-
4 poráque fiunt à circunflexis, [4] ἀλέξω, *arceo*, *iuuo*:
5.6 [5] ἄχθομαι, *indignor*, *offendor*, *triſtor*: [6] βούλομαι, *volo*:
7.8 [7] θέλω, *volo*: [8] μάχομαι, *pugno*: [9] μέλομαι, *curo*: [10] μέ-
9 10 νω, *maneo*: [11] οἴχομαι, *diſcedo*, *pereo*, [12] οἴομαι, *puto*: [13]
11 12 ὀφείλω, *debeo*: tanquam ἀλεξέω ἀλεξῶ, ἀχθέομαι ἀχθοῦ-
13 μαι, &c.

αὔξηται. αὔξετο. αὐξάνω ab αὐξέω. ἀέξω ab ἀεξέω. ἄεξε. ἀέξετο.

1 A Futuro αὐξήσω, aoriſtus primus ηὔξησα, auxi: perfectum paſs. ηὔξημαι, ηὔξησαι, ηὔξηται, & Ionicè depoſito augmento αὔξηται, creui, iſti, it: ſic in imperfect. αὔξετο pro ηὔξετο, augebatur: aoriſt. prim. ηὐξήθην, auctus ſum: participium αὐξηθείς, adultus. Poſſunt hæc tempora ad αὐξάνω referri: ſignificat enim idem quod αὔξω, atque eodem modo ab αὐξέω tempora mutuatur, vt dictum eſt, 170.15. Pro αὔξω poëtæ dicunt ἀέξω: vnde in imperfect. ἄεξε, augebat, ſine augmento: ſic ἀέξετο, augebatur, à paſſiuo ἀέξομαι, augeſco, creſco: futur. act. ἀεξήσω, quaſi ab ἀεξέω: hinc participium aoriſti primi paſſ. ἀεξηθείς, adultus, auctus.

auctus. [1] Et contrà, multa circunflexa à barytonis formantur: vt à γεγράφα, fit γεγραφέω, ſcribo: vnde fut. γεγραφήσω: perfect. γεγεγράφηκα: plus quàm perfect. ἐγεγεγράφηκη, ſcripſeram. à δαίω, conuiuor, diuido, ſcio, fit δαίω, correpta penultima. nam huiuſmodi circunflexa penultimam barytonorum diphthongo productam ferè corripiunt, ex αι ſubiunctiuam, & ex ω præpoſitiuam abiiciendo. de δαίω & δαίω vide infrà in appendice eorum quæ à δ incipiunt. à διδάσκω, doceo, fit διδασκέω, μ. διδασκήσω: aor. prim. ἐδίδαξησα: infinit. διδαξῆσαι, docuiſſe, ab ἔδω, ἰδίω, ſcio: de his infrà in verbo ἔδω. à κλαίω, κλαίω & κλαιέω ſeruata dipthongo, id eſt, fleo. futurum κλαήσω, κλαήσῃς, κλαήσῃ & κλαιήσῃ, flebit. à ῥιπῶ, ῥιπέω, proiicio, μ. ῥιπῶσω. à τιχῶ, τιχάω, ordine eo, procedo, μ. τιχήσω, à τύπτω, τυπέω, verbero, μ. τυπῶσω, τυπῶσις: infinit. τυπῶσθαι, futurum med. τυπῶσομαι: vapulabo. à φείδω, φιδέω, parco, id eſt, abſtineo, parcè vtor, μ. φιδήσω: perfectum πεφίδηκα: paſſ. πεφίδημαι, πεφίδησαι, hinc paulo pòſt futurum πεφιδήσομαι, πεφιδήσῃ, & Ionicè (61.33.) πεφιδήσεαι, πεφιδήσεται, parcam, es, et. Aoriſtus ſecund. à φείδω ſiue à φιδέω eſt ἔφιδον, poëticè, πέφιδον, (49.22.) med. πεφιδόμην, optat. πεφιδοίμην, πεφίδοιο, πεφίδοιτο, parcat. à χαίρω, χαρέω & χαιρέω, gaudeo: vnde à χαιρέω, μ. χαιρήσω, χαιρήσῃς: & à χαρέω, futurum med. χαρήσομαι vt dicetur infrà in verbo χαίρω. [3] Quandoque verò in ipſis circunflexis, nedum in barytonis, tempora fiunt à barytonis vt φιλέω, φίλω, diligo, aoriſtus prim. ἔφιλα: medius ἐφιλάμην, ἐφίλω, ἐφίλατο, depoſito augmento φίλατο, amauit: imperatiuus φίλαι, diligito, participp. φιλάμενος, qui delexit: tamen poteſt cenſeri imperfect. paſſ. à φίλημι, 104.10. vel per ſyncopen factum à regulari aoriſt. prim. med ἐφιλησάμην: ſic φίλαι pro φίλησαι, & φιλάμενος pro φιλησάμενος. A φιλέω tertia imperfecti ἐφίλεε ἐφίλῃ, ſine augmento φίλῃ, & Ionicè (47.39.) φιλέεσκε, diligebat: tertia pluralis præſentis paſſiui φιλέονται φιλοῦνται, & Doricè (92. 15.) φιλεῦντι, diligunt, actiua ſignificatione. Aoriſt prim. paſſ. ἐφιλήθην, vnde tertia plur. Bœotica (67.23.) ἐφίληθεν, chari erant. Δοκέω, appareo, videor, ſumit etiam tempora à barytono δόκω, μ. δόξω (poëticè tamen δοκήσω: εὐφρονεῖν δοκήσετε, ſapere videbimini: hinc participium perfecti paſſiui δεδοκημένος, obſeruans) à δόξα: aoriſtus primus ἔδοξα, ἔδοξας, ἔδοξε, viſus ſum, es, eſt: ἔδοξαν viſi ſunt: ſubiunctiuus δόξω, δόξῃς, δόξῃ, viſus ſum, ſis, ſit: participium δόξας, δόξασα, δόξαν: δόξασα ζημία, mulcta arbitraria: δόξαν ſumitur abſolutè, id eſt, cùm viſum eſſet. Perfect. δέδοχα: paſſ. δέδογμαι: tertia perſona δέδοκται, decretum eſt, ſtat ſententia: particip. δεδογμένος, η, ον: ᾧ δεδογμένα, ex conuento, iuxta viſa & conuenta. Sic γαμέω, nubo & vxorem duco, ſumit aor. prim. ἔγημα, à barytono γάμω. ſed de hoc infrà. [4] Fut. ἀλεξήσω, arcebo: aor. prim. ἀλέξησα: vnde in optat. Æolico (57.31.) ἀλεξήσια, ἀλεξήσιας, ἀλεξήσιε, prohibeam, as, at, ſeu auertam, as, at: in infinit. vocis mediæ ἀλεξήσασθαι, ſyncope ἀλέξασθαι, arcere. Præſens infinitiui actiui ἀλεξῆν, Atticè & Dor. (59. 4.) ἀλεξέμεναι, auxiliari, ſuccurrere. [5] Fut. med. ἀχθήσομαι & ἀχθήσομαι, vnde, ἀχθέσῃ, dolebis, moleſtè feres, Atticè pro ἀχθέσῃ, 151. 34. Aoriſt. prim. paſſ. ἠχθέσθην, ægrè tuli. Imperfect. verò ἠχθόμην, ἤχθου, ἤχθετο, inuiſus eram, as, at: ſumitur enim pro ἐχθάρομαι, de quo 171 2. [6] Fut med. βουλήσομαι, volam, 149. 37. Perfect. paſſ. βεβούλημαι, volui: aoriſtus prim. ἐβουλήθην, & Attice ἠβουλήθην, volui, 141. 39. particip. βουληθείς, έντος, cupiens, cupidus. Præterit. med. βέβουλα, volui. vide, 88. 15. [7] De hoc infrà, inter verba quæ à θ incipiunt. [8] Futur. med. μαχέσομαι & μαχήσομαι: vnde in tertia plur. μαχέσονται & μαχήσονται, dimicabunt: futur. ſecund. med. μαχοῦμαι, μαχῇ, μαχεῖται, pugnabo, is, it: aoriſtus med. ἐμαχεσάμην, tertia plural. ἐμαχέσαντο, pugnauerunt. Perfect. paſſ. μεμάχημαι, vnde particip. μεμαχημένος, expugnatus. [9] Fut. med. μελήσομαι. μελήσῃ, μελήσεται, curæ erit: perfect. paſſ. μεμέλημαι: particip. μεμελημένος: aoriſt. prim. ἐμελήθην: particip. μεληθείς, curans. ſic actiuum μέλω, curo & cunctor, μ. μελήσω, cunctabor. & imperſonale μέλῃ, curæ eſt, μ. μελήσῃ, curæ

Circunflexa à barytonis. γεγράφω. δαίω. Notio.

διδασκέω. ἰδίω. κλαίω & κλαιέω. ῥιπέω. τιχάω τυπέω. φιδέω à φείδω. πεφιδήσομαι. πεφίδοιτο. χαρέω & χαιρέω.

φιλέω à φίλω.

φίλῃ. φιλέεσκε. φιλεῦντι. ἐφίληθεν. Δοκέω à δόκω. δοκήσετε. δεδοκημένος.

δόξαν. δέδοκται. δέδογμένα. γαμέω à γάμω. ἀλεξήσῃς. ἀλέξασθαι. ἀλεξέμεναι. ἄχθομαι ab ἀχθέσομαι. ἀχθέσῃ. βούλομαι à βουλέομαι.

μάχομαι à μαχέσομαι. μαχοῦμαι. μέλομαι à μελέσομαι. μέλει à μελέω.

erit: aoriſt. prim. ἐμέλησε, curæ fuit: imperfectum ἔμελε, curæ erat. De μέμελα & μέμηλα præterito medio, vide 154. 10. [10] Vide 144. 5. & 145. 61. & 152. 4. atque 154. 6. [11] Futur. med. οἰχήσομαι, abibo. Perfect. act. ᾤχηκα, abij, & Atticè verſo η in ω, ᾤχωκα, & Ionicè detracto augmento οἴχωκα & οἰχώκεα, οἰχώκεας, οἰχώκεε, abiit, perfect. paſſ. ᾤχημαι: aor. ſecund. med. ὠχόμην, ᾤχου, ᾤχετο: in prima plurali ὠχόμεθα, in tertia ᾤχοντο, & Ionicè ſine augmento ἴχοντο, abierunt: optat. οἰχοίμην: tertia plural. οἴχοιντο, & Ionicè οἰχοίατο, 66. 12. [12] De οἴομαι & ὀφείλω, vide infrà inter verba quorum initium eſt ο. Præcedentibus adde ἕψω, elixo, coquo, ab ἑψέω μ. ἐψήσω: aoriſt. prim. ἥψησα, ας, ε, coxi, iſti, it. futur. med. ἐψήσομαι: tertia plurali ἐψήσονται, coquent. perfect. paſſ. ἥψημαι, & Ionicè detracto augmento ἕψημαι: vnde partic. ἕψημένος, coctus: aoriſt. prim. ἐψήθην, ἥψήθης, ἐψήθη, concoctus ſum, es, eſt, infinit. ἐψηθῆναι, decoctum eſſe: particip. ἐψηθείς, έντος, decoctus.

ἀποχρη ab ἀποχρέω.

1 [1] Ἀπόχρη, *ſufficit*. Imperf. ἀπέχρη, *ſatis erat*. Futur. 2 ἀποχρήσει. Aoriſtus primus ἀπέχρησε, ab ἀποχρέω: vide χρή.

ἀφίᾳ.

Ἀφίᾳ, *dimittebat*, imperfectum à circunflexo, pro ἀφίη, ab ἀφίημι, *dimitto*: vt ἐπίᾳ, pro ἐπίη, pag. 105. 3 verſu 7. [3] Atticè augetur ἀφίᾳ, ἠφίᾳ, vt ἠφείη ab ἀφείη *dimiſſus eſt*.

ἄφυκτος.

Ἄφυκτος, *ineuitabilis*, à φεύγω, *fugio*: tertia perſona præteriti paſſiui, πέφευκται: verbale, φευκτός, vnde ἄφευκτος, & ablata præpoſitiua ἄφυκτος, vt [4] τέτυκται, *paratus & ſtructus, eſt*, pro τέτευκται, à τεύχω, *paro, fabrico*.

ἀπόχρη. ἀποχρήσουσι. ἀποχρῆν. ἀποχρᾷ. ἀποχρῶν, ῶσσα, ῶν. ἤφιε.

1, 2 A B Inuſitato ἀπόχρημι, ἀπόχρης, ἀπόχρησι, apocope ἀπόχρη. [2] Et in tertia plural. ἀποχρήσουσι, ſufficient. infinit. ἀποχρήσειν, ſatis fore, ſuffecturum eſſe: in preſenti ἀποχρῆν, ſatis eſſe. Doricum eſt (87. 27. & 90. 9.) pro ἀποχρᾶν, quod & ipſum reperitur, ab ἀποχέω, vnde & tertia plural. ἀποχέουσιν ἀποχρῶσι, ſufficiunt, & ſufficiant: nam etiam ſubiunctiuus eſt. particip. ὁ ἀποχρῶν, ῶντος: ἡ ἀποχρῶσα, ώσης: τὸ ἀποχρῶν, ῶντος, ſufficiens: à genitiuo plurali ἀποχρώντων, fit aduerbium ἀποχρώντως, ſufficienter, ſatis, abundè. [3] Vide 143 3 45. & 49, & 161. 11. ſic ab ἀφέω, aoriſt. ſecund. ἄφιον, ες, ε: & Atticè ἤφιε, per- 4 miſit. [4] De hoc infrà in verbo τυγχάνω.

Appendix.

GRAMMATICI Vulgò enumerant nonnulla verba anomala ab aliis thematibus hoc aut illud tẽpus accipientia, præter hæc quæ à CLENARDO recenſentur & hîc ab α & poſteà ab aliis literis incœpta: quæ ſi his annecteremus, non abs re nos facturos ſumus arbitrati.

ἄγαμαι ab ἀγάζω, vel ἀγάω.

Ἄγαμαι, ἄγασαι, admiror, ſuſpicio: ſecundæ coniugationis verborum in μι ab inuſitato ἄγημι. imperf. regulare ἠγάμην: at futur. med. ἀγάσομαι: aoriſt. prim. med. ἠγασάμην, ἠγάσω, ἠγάσατο: admiratus ſum, es, eſt: tertia plural. ἠγάζαντο, & depoſito augmento ἀγάζαντο, optat. ἀγασαίμην, ἀγάσαιο, ἀγάσαιτο: infin. ἀγάσασθαι, indignari, admirari: part. ἀγασάμενος, & geminato σ, ἀγασσάμενος, indignatus. Aor. prim. paſſ. ἠγάσθην, ἠγάσθης, ἠγάσθη: tertia plur. ἠγάσθησαν, ſunt

ſunt admirati: optat. ἀγαῤῥοίην, ἀγαῤῥοίης, ἀγαῤῥοίη, admirer, eris, etur: particip. ἀγαῤῥοὶς, έντος, admiratus, oblectatus, delectatus ab ἀγαίω vel ἀγάζω.

A'γορεύω, dico, loquor, nuntio, orationem habeo: imperfectum regulare ἠγόρευον, ες, ε: ſine augmento ἀγόρευον, nuntiabam & nuntiabant. fut. ἀγορεύσω: aoriſt. prim. ἠγόρευσα, ας, εν, orationem habui, iſti, it. Aliud futurum ἐρῶ, ῆς, ῆ: dicam, es, et: tertia plur ἐροῦσι, dicent particip. ἐρῶν, ῶντος, dicturus, orationem habiturus: Ionica dialyſi (56.7.) ἐρέω, ἐρέῖς, ἐρέῖ: & particip. ἐρέων, ab εἶρω vt ασπείρω, ασπερῶ, 40.4. Perfect. εἴρηκα, dixi: paſſ. εἴρημαι, εἴρησαι, εἴρηται, dictus ſum, es eſt: tertia plural. εἴρηται, & Ionicè (66.2.) εἰρέαται. imperat. εἰρησο: hinc tertia εἰρήσθω, dictum ſit: particip. εἰρημένος, η, ον: τὰ εἰρημένα, dicta: aoriſt. prim. εἰρήθην & ſine augmento ἐρήθην, ab ἐρέω, quod augetur per ει, 139. 20. & 31. Facit & in perfect. paſſ. ἐῤῥημαι, ἐῤῥησαι, ἐῤῥηται: vnde ῥήτωρ, rhetor: & ῥητὸς, dicendus, celebris: compoſitum cum α priuatiua particula ἄῤῥητος, obſcurus, ignobilis. vide infrà in verbo ῥέω. Ab eodem ἐῤῥημαι, σαι, ται, ducitur aoriſtus primus, ἐῤῥήθην, ἐῤῥήθης, ἐῤῥήθη, dictus vel declaratus ſum, es, eſt, (quod & ἐῤῥέθην per ſyſtolen) & partic. ῥηθεὶς, declaratus, dictus de quibus 153.8. τὸ ῥηθὲν nuntiatum, reſponſum. τὰ ῥηθέντα, pronuntiata: & infinit. ῥηθῆναι, dici: atque futur. primum paſſ. ῥηθήσομαι, ήσῃ, ῥηθήσεται, dicas, eris, etur, ab inuſitato ῥέω, μι. ῥήσω: aoriſtus prim. ἐῤῥήσατο: med. ἐῤῥησάμην: hinc tertia plural. depoſito augmento ῥήξαντο, dixerunt decreuerunt: & part. ῥησάμενος, confeſſus.

A'ναίνομαι, renuo, abiicio, recuſo: ſecunda perſona ἀναίνῃ & Ion. (61.33.) ἀναίνεαι, perfect. paſſ. ἀνήνημαι: tertia perſona ἀνήνηται, qui obſtricto animo repudiat, quaſi ab ἀναινέω, quod fit compoſitum ex ἀνὰ & αἰνέω. Huius aoriſtus prim. med. ἠνηνάμην cum duplici augmento. 174.21. infinit. ἀνήνασθαι alterum videtur ſeruare: ſed part. ἀναινάμενος, ἀναινάμενον, neutrum.

Αἱρέω, capio, conuinco. Imperfectum ἤρεον, ἤρεον, & Doricè (12.46.) ἤρευν, capiebam & capiebant: in tertia perſona pro ἤρεε ἤρει. Herodotus depoſito augmento & ex αι ſubiunctiuam auferendo dixit ἄρεε. futurum αἱρήσω, αἱρήσεις, & medium αἱρήσομαι. Perfectum ἤρηκα, α, ε: pro ἠρήκει, Herodotus dixit ἠρήκεε, ſubegit: videtur plus quàm perfect. Ionicum pro ἠρήκει, ſubegerat, 147.3. part. ἠρηκὼς, cum ἀνὰ, ἀνηρηκὼς, ſublatus. Et hæc quidem tempora à ſe ipſo ſumit: at aoriſtum ſecundum ab ἕλω: quod per α augetur, 139.18. εἷλον, εἷλες, εἷλε, & ſine augmento ἑλὼν, ἑλὼς, ἑλὲ, cepi, conuici, iſti, it: hinc cum ἀνὰ, ἀνεῖλον, ες, εν, occidi, iſti, it: cum ἐξ, ἐξεῖλον, euerti & euerterunt. imperat. ἑλὲ (vnde ἐξελὲ, erue) & ἕλου, 57.1. vnde ἄνελον, tolle: optat. ἕλοιμι, ἕλοις, ἕλοι: tertia plural. ἕλοιεν: cum ἐξ, ἐξέλοιεν, amoliti fuiſſent: ſubiunct. ἕλω, capiam: infinit. ἑλεῖν (vnde ἀνελεῖν, interimere) & Ionicè (59.18.) ἑλέειν, cepiſſe: part. ἑλὼν, connincens: ἐξελὼν, eripiens, eiiciens: ἀνελὼν, interimens, qui occidit. Ab aor. ſec. εἷλον fit fut. ſec. ἑλῶ, capiam: vnde ἐξελῶ, eximam, expellam: tertia plural. ἐξελῶσι pro ἐξελοῦσι, 12.45. ſunt tamen qui malint hæc futura ſec. deducere ab ἐξελάω τὸ ἐξελαύνω, expello, Sic αἱρέομαι, eligo, accipio: inſtituo, aoriſtus ſecun. med. εἱλόμην, εἷλο, εἵλετο: ſine augmento ἑλόμην, ἕλου, ἕλετο: tertia plural. εἷλοντο & ἕλοντο, acceperunt, elegerunt: hinc ἐξελόμην, ἐξέλου, ετο, eripui, iſti, it: ἀνελόμην, abſtuli: ἀφελόμην, abſtuli, imperat. ἕλοῦ, cape: optat. ἑλοίμην: ſubiunct. ἑλωμαι. ἐξέλωμαι, eximam, deligam: infinit. ἑλέσθαι, inſtituiſſe: ἀνελέσθαι, abſtuliſſe: ἀπολέσθαι, abſtuliſſe, pro ἀφελέσθαι, Ionicè, 12.29. partic. ἑλόμενος, qui inſtituit. Ab αἱρέομαι, fut. med. αἱρήσομαι: perfect. paſſ. ἥρημαι, ἥρησαι, ἥρηται: particip. ἡρημένος, ſublato augmento & cum Attica reduplicatione ἀραιρημένος, captus: pro αι repetitur α, quòd repetita vocalis ſit ſemper corripienda. ſic in tertia plus quàm perfecti ἀραίρηκε, delectus erat, pro ἤρηκε. atque perfectum cum ἀπὸ, ἀποῤῥῳγμαι pro ἀφῄρημαι, abſtuli & ablatus ſum: atque participium actiuum cum ἀνὰ, ἀναραιρηκὼς, qui ſuſtulit. aoriſt. prim. ἡρέθλω, (vnde κατηρέθλω, ἀφηρέθλω, 153.5.) ſine augmento αἱρέθλω, αἱρέθης, αἱρέθη, captus ſum, es, eſt: ſubiunct. αἱρεθῶ, ῆς, ῆ: tertia plur. αἱρεθῶσι & Ionica ſolutione αἱρεθέωσι, 107.27. & 34. particip.

αἱρεθεὶς, captus, fut. prim. paſſ. αἱρεθήσομαι, capiar: ἐξαιρεθήσομαι, ἐξαιρεθήσῃ, ἐξαιρεθήσεται, eruam, es, et.

ἄρω. Αἴρω & αἴρομαι, tollo, capio, eleuo: fut. ἀρῶ, vt à φαίνω, φανῶ, 40. 4. aoriſt. prim. ἦρα per η monophthongum: multi ι ſubſcribunt: tamen in reliquis modis ſeruatur α futuri, nõ αι præſentis: imperat. ἆρον opt. ἄροιμι: ſubiunct. ἄρω, ἄρῃς: infinit. ἆραι: partic. ἄρας, cum ἀπὸ, ἀπάρας, profectus. Aoriſt. prim. med. ἠράμην, vel vt alij volunt ἠρόμην: ἦρτο, attulit: ἤρατο, ſuſceperunt: infinitiuus ἄρασθαι, acquirere, excepiſſe: parti. ἀράμενος, ἀραμένη, ον, afferens reportans. Aor. ſec. ἦρον, depoſito augmento & interpoſita ſyllaba ερ, ἄερον, ἄερας, ἄερε, placui, accommodaui, iſti, it: malim iſtud ad ἄρω referre, id eſt, apto, accommodo: hinc ἀναρὼν, qui accommodauit. in opt. medio ἀναροίμην: tertia plur. Ionica ἀναροίατο, accommodauerint, pro ἀναροιντο, 66. 12. Ab ἦρον, aoriſtus med. ἠρόμην, optat. ἀροίμην, ἄροιο, ἄροιτο: reportem, es, et: ſubiunctiuum. ἄρωμαι, ἄρῃ & Ionicè (61. 33. ἆαι, auferas: tertia plur. ἄρωνται: infinit ἀρέσθαι, ſe ſubducere. Perfectum act. ἦρκα: paſſ. ἦρμαι: plus quàm perfect. ἤρμην, ἦρσο, ἦρτο, reiecto augmento & pleonaſmo τῆ ω, ἄωρτο, pependerat. Aoriſt. prim. ἤρθην, ſublatus ſum: ſine augmento ἄρθην, ἄρθης, ἄρθη, euaſi, iſti, it: imperat. ἄρθητι erigaris: infinit. ἀρθῆναι, ſublatum eſſe: partic. ἀρθεὶς, ſublatus. fut prim. ἀρθήσομαι, ἀρθήσῃ, ἀρθήσεται, tollar, eris, erit. Præterit. med. ἦρκα, & repetitis duabus primis futuri ἀρῶ literis, ἄρηκα, abſtuli.

ἀπαυρίω ab ἀπαύρω. Ἀπαυρίω, priuo, eripio: imperf. ἀπηύρων, cum augmento in medio, & craſi ἀπηύρων, auferebam & auferebant ſiue abſtulerunt: nam non rarò imperfect. ſumitur pro aoriſto: tertia perſona ἀπηῦρε, ἀπηύρα abſtulit. Aoriſtus prim. ἀπηῦρα, & ſine augmento Ionicè ἀπαῦρα, priuaui: eum capit ab ἀπαύρω.

Notio.

B

βαίνω à βάω. vel βίω & à βῆμι, vel βιβημι. κατέβλω. καταβαθι. ἀναβαθι φάθι, σύμφαθι καταβα. ἀναβα. ἀνάστα.

1.2 [1] Βαίνω, *vado*. Futur. [2] βήσομαι, à βάω. Aoriſt. ſec. [3] ἔβλω
3 à βῆμι. ſic καταβαίνω, κατέβλω, *deſcendo*. Imperatiuus,
4.5 κατάβαθι, vt [4] ἀνάβαθι, *aſcende*: per α Atticè [5] pro κα-
6 τάβηθι, ἀνάβηθι, vt etiam, [6] φάθι, *dic*, & σύμφαθι, *confite-*
7.8 *re*: per apocopen autem [7] κατάβα, ἀνάβα, vt [8] ἀνάςα pro
ἀνάστηθι, *exurge*.

βᾶτε. 1 IMPERFECTVM ἔβαινον, ἔβαινες, ἔβαινε, & ſine augmento βαῖνε,
ἀμφάσῃ. 2 gradiebatur. [2] Doricè βάσομαι, βάσῃ: cum ἀνὰ, ἀναβάσῃ, & poëticè (50. 11.
ἀμβαίνων. & 17.) ἀμβάσῃ, aſcendes. ſic ἀμβαίνων pro ἀναβαίνων, tranſiens. Dicitur etiam
βασεῦνται. Doricè βασοῦμαι & βασεῦμαι: tertia plural. βασοῦνται & βασεῦνται, gradientur,
βασεῦνται. Futur. actiuum eſt βίσω, vnde aoriſtus prim. ἔβησα, ἔβησας, ἔβησεν, aſcendere
iuſſi, iſti, it: & aoriſt. prim. medius ἐβησάμην: particip. βησάμενος, qui aſcendit
aut aſcendere fecit. Perfect. act. βέβηκα, iui: plus quàm perfectum ἐβεβήκη: ἐβε-
βήκη, & ſine ε, βεβήκη, ierat, inſiſtebat: part. ὁ βεβηκὼς, ingreſſus, ſitus, inſiliens:
ἡ βεβηκυῖα, compacta, procedens: τὸ βεβηκὸς, ſubſtantiuè, ſecuritas, tutela. Pro
perfect. βέβηκα Iones dicunt βέβαα & βέβα (107. 10.) hinc plus quàm perfect.
βέβαζον. ἐβεβάκη: tertia plur. ἐβεβάκζαν, ſyncope & detracto augmento βέβαζαν, ingreſſi
3 erant. [3] Vt ἔστην ab ἵστημι, 98. 7. & 105. 23. ſine augmento βλῶ, βᾶς, βᾶ, iui, iuiſti,
βάτην. iuit: tertia dualis βάτην, & Doricè βάδην, iuerunt duo: tertia plur. ἔβησαν, βᾶσαν,
βᾶν. & ſyncope βᾶν, iuerunt: imperat. βᾶθι, vade: ſubiunctiu. βῶ, βῇς, βῇ, & Ionicè
βῶ, βίω, βάω. βέω, βέῃς, βέῃ, & poëticè βάω, βάῃς, βάῃ, iuero, is, it. vide 107. 27. à βῶ prima
βᾶμεν. plur. βᾶμεν, & Dor. βᾶμες, eamus, vt μουσᾶσι, pro μουσῶσι, 12. 37. infin. βλῶναι, Atticè
ἴμεναι. 4 & Doric. βάμεναι, iuiſſe: particip βας, βᾶσα, ingreſſus, ingreſſa. [4] Ab ἀναβαίνω,
5 aſcendo. [5] Communiter enim (vt habes, 105. 31.) aoriſt. ſec. imperatiui verborum in μι vocalẽ indicatiui ſeruat, vt στῆθι: ſed Doricè atque in his Atticè

poni-

ponitur α pro η in ſecunda coniugatione. [6] Pro φῆθι, σύμφηθι, à φῆμι, dico, σύμφημι, confiteor. [7] Sic ἔμβα, ingredere pro ἔμβηθι. & in indicatiuo ἔμβλιν, ἔμβης, ἔμβη, ingreſſus ſum, es, eſt, detracto augmento, pro ἐνέβλιν, ης, η (at ἀπέβα, euênit, pro ἀπέβη dictum eſt, Doricè α pro η, in aor. ſec. ab ἀποβαίνω) atque ſimplex βᾶ, βάτω, incede, incedat: & in plurali βᾶτε, incedite, pro βῆθι, βήτω, βῆτε. [8] Et rurſus per apocopen ἄνα: & in plur. ἄναγε pro ἀνάστητε, exurgite, ab ἀνίστημι, exurgo, reſurgo: quod componitur ex ἀνὰ & ἵστημι ſic ἀπόστα, abſiſte, pro ἀπόστηθι, ab ἀφίστημι: atq; etiã præſens ἵστα pro ἵστηθι: cum κατὰ, καθίστα, appone.

[6] 6 [7] 7 ἔμβα. ἔμβλιν. ἀπέβα. [8] 8 βᾶ. βᾶτε. ἄνα. ἄναγε. ἀπόστα. ἵστα. καθίστα.

[1] Βάλω, *mitto*. Perf. [2] βέβληκα à [3] βλέω: vt [4] ἀπέσκληκα, *obrigui*: non à ſimplici σκέλλω, *ſicco*, ſed σκλάω.

[1.2] [3.4] βάλλω à βλέω.

IMPERFECTVM ἔβαλλον, ες, ε: ſine augmento βάλλε, iaciebat: eſt & βάλλε præſens imperatiui: βάλλ' ἐς κόρακας, mitte te ad coruos, id eſt, abi in malam rem: imperfectum paſſ. ἐβαλλόμην: tertia plural. ἐβάλλοντο, ſine augmento βάλλοντο, verſabant: imperat. βάλλυ, & Ionicè βάλλεο, immitte, 68. 25. Verbi βάλλω futurum regulare eſt βαλῶ, ῶες, ῶ, 39. 23. & 42. 43. vnde in ſecunda plural. βαλῆτε, iniicietis, iactabitis. Poëtæ pro βαλῶ dicunt βαλήσω, iaciam: vnde aor. prim. ἐβάλησα, & ſine augmento βάλησε, proieci, quaſi à βάλέω. Aoriſt. ſec. ἔβαλον, ες, ε: ſine augmento βάλον, βάλες, βάλε, ieci, iſti, it: hinc imperat. βάλε, iace. eſt & indignationis aduerbium: vel cum α χρηματιστικῷ, ἀβάλε, vtinam: infinit. βαλεῖν, & Ionicè βαλέειν, ieciſſe. 59. 18. partic. βαλὼν, qui iecit, iaculatus. Aor. ſec. medius ἐβαλόμην, ἐβάλου, ἐβάλετο: imperat. βαλοῦ, & Doricè (12. 48.) βαλεῦ: cum ἀ à ἀναβάλλω, & poëticè (50. 11. & 17.) ἀμβάλλω, prælude, ab ἀμβάλλω pro ἀναβάλλω: vnde in ſubiunctiuo paſſ. ἀμβαλλώμεθα, differamus. ſubiunctiuus βάλωμαι, βάλῃ, βάληται, iniiciam, as, at. infinit. βαλέσθαι. [2] Perf. paſſ. βέβλημαι, βέβλησαι, βέβληται: vnde tertia plural. Ionica & poëtica (66. 2. & 15.) βεβλήαται pro βέβληνται: infinitiuus βεβλῆσθαι, paſſim & vulgò iacere: part. βεβλημένος, qui induxit, ſeu iniecit: plus quàm perf. ἐβεβλήμην: tertia perſona ἐβέβλητο: cum augmento imperfecti ἐβλητο, & depoſito omni augmento βλῆτο, ictus erat, 147. 14. tertia plur. Ionica βεβλήατο (66. 2. & 15.) icti fuerãt, & addito per pleonaſmum ε, βεβολήατο & βεβολέατο. ſic in partic. βεβολημένος pro βεβλημένος, agitatus, quanquam à βολέω deduci poſſunt. A perfect. βέβλημαι, ῆσαι, ῆται: aoriſt. prim. ἐβλήθην: ſubiunctiuus βληθῶ, iaciat: infin. βληθῆναι, ictum eſſe: part. βληθείς, ictus. ſyncope βλείς, percuſſus: poteſt tamen cenſeri præſens ſiue aor. ſec. à βλῆμι (vt πθῆς, vel θείς, 96. 8.) vnde & paſſ. βλῆμαι penultima longa, è quo partic. βλήμενος (104. 16.) & opt. βλείμην, βλεῖο, βλεῖτο. percuterer, ereris, tur. [3] Vnde & fut. βλήσω, mittam, percutiam. [4] De hoc 176. 7.

[5] 6 βέβλημαι. [7] 7 ἔμβλην. [8] 8 βλεῖο. [3.4]

[1] Βιόω, *viuo*. Futur. [2] βιώσομαι: tertia præteriti paſſ. βεβίωται *victum eſt, vita peracta eſt*, tanquam imperſonale: & participium, βεβιωμένα, *quæ in vita peracta ſunt*. Aoriſt. ſec. [3] ἐβίων. Imperat. [3] βίωθι, βιώτω. Optat. βιοίην, [4] vt δοίην: vnde [5] βιῴην, vt δῴην. Infinit. [3] βιῶναι. Particip. [3] βιοὺς, βιόντος à βίωμι.

[1.2] βιόω à βίωμι. [3.3] [4.5] βιῴην. [3.3]

PASSIVVM βιόομαι: vnde in tertia βιόεται & craſi βιοῦται, viuit. [2] Per ſyncopen βώσομαι: ſecunda plur. βώσεσθε, viuetis. ſumitur quoque βώσομαι pro βοήσομαι, 84. 18. Eſt & aliud verbi βιόω futurum poëticum, nempe βιόομαι pro βιόσομαι, à βιόω reiecto σ: nam apud poëtas haud rarò verba ſextæ coniugationis abiiciunt σ in futur. prim. vt δύω, δύσεις, inueniam, es: δύομεν, in-

βιοῦται. [2] βώσομαι. βιόομαι. δύω, δύσεις. δύομεν.

ἔδνα, κλέω. κέω. κείω. κέων. κείων. κατακείετε. χεύω.

ueniemus, pro δήσω, δήσεις, δήσομεν: vnde & aoriſt. prim. ἔδνα, inueni, à δέω inuenio. κλέω, laudabo, pro κλείσω, à κλείω, laudo. κέω, & poëtica ectaſi κείω, dormiam: particip. κέων & κείων, dormiturus, cubiturus, pro κέσω, κέσων, à κέω: hinc κατακείετε cubitũ ibitis: & κακείοντες, dormituri: de quo 50.25. χύω, ſpargam, pro χεύσω, à χέω, 150.2. A βίοω, μ. έσω, π. βεβίωκα, fit participium βεβιωχώς, qui vixit. 3 Ἐβίων vt ἔδων & ἔγνων: βίωθι vt γνῶθι: βιῶναι vt γνῶναι, 105. 31. βιώς vt δούς, 100.21. 4 Vide, 100.9. 5 Hoc fit more Attico, Æolico ac Dorico, veluti dictum eſt in optatiuo verborũ circunflexorum, 91.52. Nam interdum verba tertiæ coniugationis in μι, illum circunflexorum optatiuum imitãtur, ídque tam in præſenti quàm in aoriſto ſecundo. dicunt enim in præſenti, δι-δώην, διδώης, διδώη, &c. & in aoriſto ſecundo δῶην, δῶης, &c. quidam; non ſubſcribunt, Dorum more, qui illud vbique ferè negligunt, 13.13.

βίοω. βιώναι. βιούς. βιοῦμι. βιῶμι. δῶμι. Notio. διδώην. Doriſmus.

Γ

γαμέω à γάμος. In εἰω facta à præſenti & futuro appetentiã actus ſignificãt.

1 Γαμέω, *duco uxorem.* Futurum, γαμήσω. 1 Aoriſtus primus ἔγημα, à γάμω. Præſens, γαμισέω, nupturio. nam quædam in εἰω appetentiam actus ſignifi- 2 cant, 2 ac partim fiunt à futuro, 3 πολεμήσω, *bellum* 3 4 *geram*, πολεμισείω, bellaturio: 4 ὄψω, *cernam*: ὀψείω, 5 cernere cupio: 5 βρώσω, *edam*: βρωσείω, eſurio: par- 6 tim à præſenti. 6 κρατῶ, κρατείω, *teneo, vinco*: κιχῶ, κιχείω, *commodo*: τελῶ, τελείω, *perficio*, & alia conſimili ratione.

γίνομαι & γίγνομαι à γενάομαι, γείνα, γείνομαι, & γεννάω.

Γίνομαι & γίγνομαι, *fio, ſum.* Futurum γενήσομαι. 7 Præteritum, 7 γεγένημαι. Aoriſtus primus medius, 8 ἐγενησάμην: ſecundus, 8 ἐγενόμην, à γενάομαι. Præteritũ 9 medium 9 γέγονα, à γείνω. Aoriſtus primus medius, 10 10 ἐγεννάμην. Futurum primum med. γενοῦμαι, à γείνομαι. Dicitur etiam γεννάω per geminum ν, vnde aoriſtus primus ἐγέννησα: medius ἐγεννησάμην: tertia perſona ἐγεννήσατο, ſyncope, ἐγέναατο, pro qua γένατο, more Ionum, qui augmenta reſpuunt: vt etiam 10 γείνατο, pro ἐγείνατο, ab 10 ἐγεννάμην.

Ioniſmus. γέναο. γείναο.

γινώσκω à γνόω.

11 11 Γινώσκω, *cognoſco.* Futurũ, γνώσομαι. Præteritum, 12 13 12 ἔγνωκα, à γνόω. Aoriſt. ſecund. 13 ἔγνων. Imperatiuus, γνῶθι. Infinitiuus, γνῶναι. Participium, γνοὺς, à 14 γνῶμι. 14 ſic ἀναγινώσκω, *lego*: ἀνέγνωκα, ἀνέγνων, &c.

VIDE 53.24. & 179.18. & 35. Ab ἔγημα, ἔγημας, ἔγημεν, infinit. γῆμαι, nupsisse: & part. γήμας, qui duxit vxorem. Pro ἔγημα, dicitur etiam ἐγάμησα: & partic. γαμήσας, à futur. γαμήσω: vnde & perfect. γεγάμηκα: plus quàm perfect. ἐγεγαμήκειν, ἔς, ει: infinit. γεγαμηκέναι: part. γεγαμηκώς: perf. pass. γεγάμημαι, ησαι, ηται: part. ἡ γεγαμημένη, nupta: aor. prim. ἐγαμήθην: vnde partic. fœm. ἡ γαμηθεῖσα, nupta, vxor: in præsenti γαμουμένη per crasim ex γαμεομένη, noua nupta. 1

2 Quæ à futuro ducũtur vltra præsens nõ coniungantur, præter ἐφίλησα, quod habet imperfectum ἤφιλουν: quæ verò à presenti deriuantur, ea etiam imperfectum habent, sed aliis temporibus destituuntur, vt dictum est, 166.31. A futuro autem facta, magis appetentiam actus significant. quàm quæ à præsenti. nam hæc ferè semper eãdem significationem habent quàm primitiua, ac pro illis sæpenumero à poëtis vsurpãtur: immo passim verba primæ coniugationis circunflexorum in έω per άω poëtæ efferunt, vt ἐρέω pro ἐρῶ, interrogo: vnde ἐρείομεν pro ἐρέομεν, interrogamus. 3 Futur. à πολεμέω, bellum gero. 2 ἤφλουν. Annotatio. ἄω pro έω. 3

4 Futur. ab ὄπτω, video, cerno. 5 Futur. à βιβρώσκω, comedo: de quo suprà in ἀρέσκω. 176.12. 6 Κερτῶ, κιχρῶ, τελῶ sunt primæ coniugationis circunflexorum. 7 Cum ἐκ, ἐκγεγένημαι: part. γεγεννημένος, qui fuit, qui functus est. at infinitiuus γεγενῆσθαι, genitum esse, per geminum ν, à γεννάω. 8 Tertia persona ἐγένετο, syncope ἔγεντο, & sine augmento γέντο fuit: item cepit: sumitur enim Doricè pro ἔλαβε. Pro ἐγενόμην, reiecto augmento dicitur γενόμην, & ectasi poëtica γηνόμην, natus sum. Optatiuus γενοίμην, γένοιο, γένοιτο. tertia plur. γένοιντο, & Ionicè (66.12.) γενοίατο. Dicunt quoque Iones & poëtæ γεγενοίμην pro γενοίμην: prima plural. γεγενοίμεθα, 49.22. subiunctiuus γένωμαι, γένῃ, γένηται: infinit. γενέσθαι: particip. γενόμενος, perueniens. 9 A γένομαι, ας, ε, natus sum, es, est, plus quàm perfectum ἐγεγόνειν, ἔς, ει: tertia plur. Atticè γεγόνεσαν pro ἐγεγόνεσαν, 146.26. infinit. γεγονέναι: partic. γεγονὼς, ότος, natus, genitus, qui fuit: in duali γεγονότε, qui fuerunt. 10 Sine augmento γηράσκω: part. γηράμενος: ἡ γηραμένη, mater quæ peperit: οἱ γηράμενοι, parentes. 11 Recentiores addunt γ, γιγνώσκω, vt in γίνομαι γίγνομαι. deducunt enim à γνόω, γνώσκω, & cum reduplicatione γιγνώσκω, vt à βρῶ, βρώσκω, βιβρώσκω, 177.21. Sunt qui formẽt à νοέω, cogito, intelligo: cuius futur. νοήσω & crasi νώσω: vnde & in aorist. prim. infin. νῶσαι pro νοῆσαι, in part. cum ἐν, ἐννώσας, pro ἐννοήσας, qui secum reputauit: & in aorist. medio ἐνασσάμην pro ἐνοησσάμην, cogitaui: tertia persona νῶσατο sine augmento pro ἐνόησατο, intellexit) igitur à futuro νώσω cum prosthesi τοῦ γ (vt Latinè natus, gnatus) fit γνώσμαι, & facta reduplicatione γιγνώσκω. Infin. γινώσκειν, & Doricè γινώσκεν, 59.16. 12 Participium ἐγνωκώς, ότος, qui cognouit: perfect. pass. ἔγνωσμαι, 92.8. vnde part. ἐγνωσμένος: aorist prim. ἐγνώσθην: infinit. γνωσθῆναι, cognosci, innotescere, illustrem esse. partic. γνωσθείς, cognitus: fut. prim. γνωσθήσομαι, innotescam. 13 Sine augmento γνῶν, γνῶς, γνῶ, noui, isti, it: tertia plural. ἔγνωσαν: quæ etiam referri potest ad aorist. prim. ἔγνωσε: vnde & partic. γνώσες, cognoscens. 14 Ab ἀνέγνωκα: pass. ἀνέγνωσμαι, σαι, σται: particip. ἀνεγνωσμένος, persuasus: aorist. prim. ἀνεγνώσθην, ης, η, & particip. ἀναγνωσθείς, persuasus, corruptus: aorist. prim. actiuus ἀνέγνωσα, ας, ε, corrupi, isti, it. Ab ἀνέγνων, infinit. ἀναγνῶναι. Sic à κατιγνώσκω, cognosco, arguo: futur. med. κατιγνώσομαι: in prima plural. κατιγνωσόμεθα, aorist. prim. actiuus κατέγνωσα, damnaui: perfect. κατέγνωκα, κατέγνωκας, sensi, isti: particip. κατεγνωκώς, ότος: perfect. pass. κατέγνωσμαι, σαι, σται: aorist. prim. κατεγνώσθην: subiunctiuus κατιγνωσθῶ, ῇς, ῇ: prima plural. κατιγνωσθῶμεν, damnemur. Aorist. sec. actiuus κατέγνων: imperat. κατάγνωθι, κατιγνώτω, improba, improbet: optat. κατιγνοίμι, ascripserim: infin. κατιγνῶναι, & part. κατιγνούς, ότος. 1 γνῶμαι. ἐγάμησα. 2 ἐγνωκώς. 3 γνῶ. ἀναγνώσκω. 4 κατιγνώσκω.

Δάκνω, *mordeo*. Futurum[1] δήξω. Aoristus secundus[2] ἔδακον à[3] δήκω. Δ 1 δάκω à δήκω. 2 3

δ∫κνύω & δείκνυμι à δείκω.

Δ∫κνύω & [4] δείκνυμι, *oſtendo*. Futur.[5] δείξω. Aoriſt. [6] ἔδειξα à [6] δείκω. ſic [7] ἀποδείκνυμι, *demonſtro*: [8] ἐπιδείκνυμι, *expono, demonſtro*: [9] ὑποδείκνυμι, *ſubindico, ſubdemonſtro*.

δέω.

Δέω, *ligo*. Futurum, δήσω & [10] δήσω. Præteritum, paſſiuum,[11] δέδεμαι. Aoriſtus primus, ἐδέθην.

δέομαι à δεέομαι.

Δέομαι, *rogo, indigeo*. Futurum, [12] δεήσομαι. Præt. δεδέημαι. Aoriſtus primus,[13] ἐδεήθην, à δεέομαι.

δεῖ, δεῖν, à δέω,

[14] Δεῖ, oportet. Infinitiuus, δεῖν, vtrunque à δέω.

δήσ∫, ἐδέησε, à δεέω.

Fut.[15] δεήσ∫. Aoriſtus primus [16] ἐδέησε, à δεέω. Sunt autem impersonalia vocis actiuæ tertiæ personæ.

HINC Perf. δέδηχα, momordi: paſſ. δέδηγμαι, ξαι, κται: vnde aor. prim. ἐδήχθην, punctus ſum: partic. δηχτὸς, remorſus, ægrè ferens. [2] Sine augmento δάκον, δάκες, δάκεν, eroſi, iſti, it: infinit. δακεῖν: partic. δακών. [3] Deriuatur enim δάκνω à δήκω, inſerto ν & correpta penultima mutatione η in α. [4] A δάκνυμι, δάκνυς, tertia perſona δάκνυσι & apocope δάκνυ, demonſtrat, oſtendit: partic. δ∫κνὺς, demonſtrans. [5] Hinc aoriſt. prim. ἔδ∫ξα: infinit. δ∫ξαι, oſtendiſſe: perf. δέδ∫χα, oſtendi: paſſ. δέδ∫γμαι. plus q. perf. ἐδεδ∫γμην, ἐδεδ∫ξο, ἐδεδ∫κτο, & ſublato vtroque augmento δεῖκτο: cum ἐν ἐνδεῖκτο pro ἐνεδέδ∫κτο, oſtẽſus erat. [6] Fit enim δ∫κνύω à δείκω: atque vt in genere dicam verba quartæ coniugationis in μι fiunt vel à verbis in γω, χω, χω, ſecundæ barytonorum, & in ρω quintæ mutando ω in νυμι· vel à verbis ſextæ in έω & άω, verſo ω in νυμι: vel à diſyllabis in ύω, migrante ω in μι: vt ab ἄχω, ἄγνυμι· (de hoc & ſimilibus, 168.31.) à δείκω, δείκνυμι: ab ἄχω, ἄχνυμαι, paſſiuum ἄχνυμαι, mœreor, triſtor: ab ὄρω, ὄρνυμι, incito, promoueo: vnde cum ἀπὸ, ἀπόρνυμι, ſurgere facio: ab ἄρω, ἄρνυμαι, capio: vbi è diphthongo ω detracta eſt ſubiunctiua. ab ἀμφιέω, ἀμφιέννυμι: ζώω, ζώννυμι: (de his & ſimilibus, 172.10.) à δύω, δῦμι, ſubeo κλύω, κλῦμι, audio: φύω, φῦμι, naſcor: vnde infi. φύναι, natum eſſe, penultima breui.

δήχω à δήκω. δάκνω.

ἀνδεῖκτο.

ἀποδείκνυμι.

[7] Futu. ἀποδείξω. infi. ἀποδέξ∫, admiſſurum, eſſe: partic. ἀποδέξων, repreſentaturus. aor. pr. ἀπέδ∫ξα, ἀπέδ∫ξας, ἀπέδ∫ξεν, expoſui, erogaui, iſti, it: tertia plura. ἀπέδ∫ξαν, repræſentarunt. Perf. ἀποδέδ∫χα: paſſ. ἀποδέδ∫γμαι, ξαι, κται: parttic. ἀποδεδ∫γμένος, deſignatus, certus: aoriſt. pri. ἀπεδ∫χθην: vnde patr. ἀποδ∫χθείς, manifeſtus: & fut. pri. indicatiui ἀποδ∫χθήσομαι, è quo infinit. ἀποδ∫χθήσεσθ∫.

ἐπιδείκνυμι.

[8] creandum vel deſignandum eſſe. [8] Fut. ἐπιδείξω, ἐπιδείξεις, oſtendam, es, aoriſt. prim. ἐπέδειξα: vnde imperat. ἐπίδειξον cõmonſtra: infi. ἐπιδεῖξαι: ἐπιδεῖξαι βούθειαν, opem afferre: at ἐπιδεῖξαι oſtende, eſt imperatiuus aoriſti primi medij.

ὑποδείκνυμι. δέω.

[9] Fut. ὑποδείξω: aoriſt. prim. ὑπέδειξα, ὑπέδειξας, ὑπέδειξε, ſubindicaui, iſti, it: part. ὑποδείξας, qui probauit. [10] Hinc aor. prim. ἔδησα, ἔδησας, ἔδησεν, obſtruxi, iſti, it: tertia plur. ἔδησαν: infinit. δῆσαι, ligaſſe part. δήσας, αντος, vinciens. fut. med. δήσομαι, & poëticè (49.22.) δεδήσομαι, δεδήσῃ, δεδήσεται, vinciar, eris, etur: poſſet cenſeri paulò pòſt futurum, ſi in perfecto paſſiuo diceretur δέδημαι, vt in fut. actiuo δήσω & δέσω. [11] Tertia plur. δέδενται, Ionicè (66.2.) δεδέαται, & detracto augmẽto δέαται, ligati ſunt: infin. δεδέσθ∫, vinctum eſte: part. δεδεμένος, vinctus, ligatus: plus qu. perf. ἐδεδέμην, & abiecto ε, δεδέμην, ligatus eram, vide 146.29. & 147.14. Imperf. paſſ. ἐδέοντο, & ſine augmen-

δήσεται.

δέαται.

δεδέμην.

augmento δέοντο, ligabant, vel ligarunt. [12] Actiuum δήσω: vnde part. δήσων, 12 δέω 6.
δήσουσα, neutrum τὸ δῆσον, quod egebit, aor. pri. ἔδησα, abfui: tertia plur. ἔδησαν: part. δήσας, qui abfuit. Pro δήομαι, poëtæ dicũt δεύομαι. vnde infin. δεύεσθαι δεύομαι.
pro δέεσθαι δεῖσθαι: & particip. δευόμενος pro δεόμενος. futur. med. capit à δευέομαι,
5 vt δήομαι à δεέομαι: nam facit δευήσομαι, δευήσῃ, & Ionicè (61. 33.) δευήσεαι, care- δευήσεαι.
bo, is. [13] Infi. δεικνύμεναι, irrogasse: part. δηθείς, qui petiit. [14] Imperf. ἔδεε, oporte- 13 ἔδεε.
bat: itè ligabat, à δέω, subiunct. δέῃ & crasi δῇ oporteat, necesse sit. [15] Fut. δήσει, 14 δῇ.
necesse futurũ. Pro δήσει dicitur etiã δήσεται, oportebit, à δέω. [16] Optat. Æo- 15 δήσεται.
licus & Attic. δήσειεν, opus esset, necesse fuerit: infi. δῆσαι, oportuisse: part. δήσας, 16
10 δήσασα, & neutrũ τὸ δῆσαν, par. operæpretiũ, cũ oportuerit, ipersonaliter.

Δείδω, *timeo*. [1] Præterit. δέδοικα: medium, δέδοικα, 1 δείδω à δεδίττομαι & δεδίπτομαι.
timeo, pro δέδοιδα, euphoniæ gratia: at Ionicè δέδοικα.
[2] δίδια, tollendo consonantem, & corripiendo pe- 2 δίδια. Ionicè.
nultimam. Imperatiuus, δέδιθι, *time*. nam δεδίπτο- δέδιθι.
15 μαι, *territo siue territor, attonitus sum*. Futur. δεδίξομαι. Aoristus secundus pas. ἐδεδίχθην. Imperatiuus, δε-
δίχθι, syncope δέδιθι: pro quo etiam δείδιθι, à δεδίπτομαι, *timeo*. crebrò enim additur subiunctiua, δείδιθι. Annotatio.
vt fiat diphthongus: vt contrà altera è diphthon-
20 go tollitur, εἷμα, εἵματος, *vestis*: ἱμάτιον, *pallium*. Syn- Syncope.
cope verò in multis locum habet: ἀνάγηθι, ἄνωχθι, ἄναχθι.
iube, ab [3] ἀνάγνυμι, *iubeo*, [4] & migrat γ in χ propter 3 4 γ in χ.
θ sequens, vt [5] νύχθ' ὅλην, pro νύκτα ὅλην. sic [6] κεκράγηθι, 5 6 κέκραχθι.
κέκραχθι, *clama*, à κεκράγομαι, *clamo*: [7] ὠνησάμην, ὠράμην, 7
25 *emolumentum accepi, adiutus sum*. nam aoristus pri- Aor. prim. med.
mus medius facilè admittit hanc figuram per facilè syncopen admittit.
omnes modos & participia, [7] οἰνησάμην, ὀράμην, 7 ὀράμην.
adiutus fuerim: [8] εὑρησάμην, εὑράμην, *inueni*: εὑράμενος, 8 εὑράμην.
inueniens, vel qui inuênit: [9] ἐωνησάμην, ἐωνιάμην, *emi*, 9
30 vel *emebam*: secunda persona, ἐώνησο, Ionicè ἐ- ἐπειάμην.
ώνησο, & crasi ἐώνεο. & imperat. ὦνεο, eme, vt ἕσο πρίω. ἵσω.
pro ἵησο, *astabas vel asta*. [10] γεννήτατο, γέννατο Ionicum 10 γέννατο.
pro ἐγέννατο, *natus est*. & optatiui plurales in ημεν, ἄμεν pro ἄμεθα
[11] φαίημεν, φαῖμεν, *dixerimus*, φαῖεν, *dixerint*: de quibus 11 εἶμεν pro εἰημεθα
35 pag. 153. 25. [12] vt δοίημεν, δοῖμεν, *dederimus*, δοῖεν, *dede-* 12 Φαῖμεν, Φαῖεν.
δοῖμεν, δοῖεν.

ἤγερθεν

ὠκόσμηθεν.

δέδμηκα.
τέτμηκα.
κέκμηκα.
ἦμεν.
ἐπεξῆμεν.
προσῆμεν.
ἦτε, ἐξῆτε.
ἦμεν, ἀπῆμεν.
ἀνῆμεν.
ἦσμεν.
ἦστε. ἦσαν.

ἴδμεν.

ἔστασαν spiritu aspero.
ἔστασαν, spiritu tenui.
α pro η Doricè & Atticè.
ἔστατε, ἀφέστατε, ἐλῦμεν.
ἔοικμεν.
δέδοικμεν.

rint. & tertia pluralis in aoriſtis paſſiuis, [13] ἠγέρθησαν, [14] ἤγερθεν, congregati ſunt: vel, excitati ſunt: [14] ὠκόσμηθεν, [15] ὠκόσμηθεν, ornati ſunt. iam illa, [15] δεδέμηκα, δέδμηκα, [16] ædificaui: [16] τετέμηκα, τέτμηκα, ſcidi: [17] κεκάμηκα, [18] κέκμηκα, laboraui, & conſimilia: præter hæc, [18] ἦμεν, ἦμεν, iueramus: ἐπεξῆμεν, eruperamus: προσῆμεν, acceſſeramus: ἦτε, ἦτε, iueratis: ἐξῆτε, exieratis: ἦμεν, [19] ἦμεν, iuimus: ἀπῆμεν. abiimus: [19] ἀνῆκαμεν, ἀνῆμεν, remiſimus: etiam iſta, [20] ἤδειμεν, ἦσμεν, noueramus, videramus: ἤδειτε, ἦστε, videratis: ἤδεισαν, ἦσαν, viderant, [21] eliſo ει, [21] & mutato δ in σ: vt contrà ἴδμεν pro [22] [22] ἴσμεν, ſcimus: [23] ἔστησαν, ἔστασαν, ſteterunt: ἔστασαν, per ε, ab ἐστάκεσαν, ſteterant: at ἔστασαν, per α, pro ἔστησαν, ſteterunt: vt [24] ἀνάβαθι, pro ἀνάβηθι, aſcende, α pro η: [25] [25] ἔστητε, ἔστατε, permanſiſtis: ἀφέστατε, diſceſſiſtis: [26] [26] ἐλούομεν, ἐλοῦμεν, lauabamus: [27] ἔοικαμεν, ἔοικμεν, [28] deremur: [28] δεδοίκαμεν, δέδοικμεν, timemus: [29] ſed de ſyncope ſatis multa ſunt enumerata.

ἔδδισα, ας, ε. δίσω. δείσω, δείσας.

δείδιμεν, δείδιτε.

δείδια.

δείδοικα. δείδιμεν. ἐδείδιμεν. δείδιμεν.

[1] ET Futurum δείσω: vnde aoriſtus prim. ἔδεισα, & poëticè geminato δ (143.53.) ἔδδεισα, ἔδδειξας, ἔδδεισεν: & reiecto augmento δῆσα, veritus ſum: cum Ionica reduplicatione (49.22.) δέδεισα: vnde infin. δεδῆσαι pro δεδεῖσαι, timuiſſe. Ab ἔδεισα partic. δείσας, timens. [2] In plurali δείδιμεν, δείδιτε, & ſyncope δέδιμεν, δέδιτε, veremur, veremini. plus quàm perfect. ἐδείδιεν, εις, ει, timebam, as, at: tertia plur. ἐδείδιεσαν, & producta ſecunda ſyllaba, ac facta ſyncope, ἐδεῖδιεν, timebant vel timuerant. nam imperfecti etiam ſignificationē habet, & perfectum præſentis. Pro δείδια poëtæ dicunt δείδια, ad ε aduocato ι, vt diphthongo producatur, 33.23. vt δείδιθι pro δείδιθι, cuius hîc CLENARDVS meminit. ſic δέδδοικα pro δέδοικα, timui: atque δείδιμεν pro δέδιμεν, timuimus: quod ex δείδαμεν fieri modò diximus: ſic in prima plurali plus quàm perfecti ἐδείδιμεν pro ἐδεδίειμεν, timebamus: vbi quoque facta eſt ſyncope: infinit. δεδιέναι, Ionicè δεδιέμεν, 59.4. & ſyncope δεδίμεν, pro δεδιέναι, timere: particip. [3] δεδιὼς, ὁτος, pro δεδιὼς, metuens. [3] Ἀνώγω eſt primæ coniugationis verborum in μι ab ἀνωγέω ſ: vnde & imperfectum ἀνώγεον ἀνώγουν, & ſine augmento ἀνώγουν, ἀνώγους, ἀνώγου, iubebam, as, at: aoriſt. ſec. ἄνωγον, ſine augmēto ἄνωγον, iuſſi: præteritum med. ἄνωγα, mandaui. at aoriſtus primus actiuus eſt ἄνωξα, iuſſi, à barytono ἀνώγω, ἀνώγους, ἀνώγου, quod Atticè factum eſt à circunflexo ἀνωγέω ſ, 178.33. Cæterùm ab ἀνώγω imperatiuus regularis eſſet ἀνώγε θι, vt τίθεμι, 106.7. ſed Æolicè ſeruatur longa vocalis thematis ἀνώγω, 107.24.

[4] Nam

[4] Nam media tantùm mediam, non autem aſpiratam poteſt præcedere: vt diximus, 4.6. atque ideo aduentante θ aſpirato, γ mutatum fuit in propriam aſpiratam χ. [5] Hîc κ muta tenuis mutata fuit in propriam aſpiratam χ, aduenientе propter apoſtrophum aſpiratæ θ, 6.9. & 18. Nam muta tenuis mutam non præcedit, niſi alteram tenuem vel propriam aſpiratam, 4.6. [6] Eſt ſecundæ perſonæ ſingularis aoriſti ſecundi imperatiui paſſ. vt πύπιθι, 68. 16. ſic φθαρῆθι, pereas, pro φθάρηθι, eiuſdem temporis à φθείρω, corrumpo: aor. ſec. ἔφθαρον, 5.54. [7] Vt ἐπυθόμαλιν, 73. 8. à themate ὀνέω ſeu ὄνημι. iuuo, vtilitatem affero: futur. med ὀνήσομαι, ὀνήσῃ, & Ionicè (61.33.) ὀνήσεαι, iuuaberis. perfectum paſſ. ὤνυμαι, plus quàm perfectum ὠνήμαλιν. ſunt qui dicant ὠνήμην idem eſſe quod ὠνάμην ὠνησάμην eſt optat. modi, vt πυθοίμην, 75.7. infinit. ὀνήσεσθαι, & ſyncope ὄνασθαι, fruì: partic. ὀνησάμενος & ὀνάμενος, qui fructũ percepit. [8] Vt ἐπυθόμην, 73.8. & εὐξάμενος pro εὐχησάμενος, vt πυθόμενος, 76.9. ab εὔειχω, quaſi ab εὐέω, vt poſtea dicetur in verbo εὔειχω. Pro εὐξάμην, ω, ατο, Attici dicunt κὐχοίμην, κὔχω, κὔχατο, inueni, iſti, it, 140.4. Æolica dialecto lenem obtinuit ſpiritum, 13.35. [9] Malim ἐπειάμην abſque vlla ſyncope, eſſe imperfectũ ſecundæ coniugationis verborum in μι, à πείαμαι, quod in ſolo præſenti & imperfecto vſitatum eſſe quidam aſſerunt, reliqua verò tempora ab ὠνέομαι mutuari. Hoc ipſum videtur ipſe CLENARDVS affirmare ſequẽtibus verbis, Secunda perſona ἐπείασο, &c. Nam hæc omnia conueniunt imperfecto paſſ. verborũ in μι, quod ipſe cõprobat dum ait, Vt ἴστω pro ἴστασο, quæ eſt ſecunda perſona imperf. indicatiui vel imperatiui, vt habes, 108.20. & 32. [10] Vide in verbo γίνομαι, 184.29. [11] A φημὶ, 164.20. cuius præſens & aoriſtus ſecundus optatiui eſt φαίην, φαίης, φαίη, vt ἵσταίην & σταίην, 98.13. ab στάην, plurale σταίμεν, σταίτε, σταίεν, ſyncope στᾶμεν, στᾶτε, σταῖεν. Quia φημὶ caret reduplicatione, præſens à ſecundo aoriſto non differt in optatiuo, neque etiam in ſubiunctiuo, φῶ, φῇς, φῇ. [12] A δίδωμι, 100.11. Sic in prima coniugatione verborum in μι, à κίχημι, inuenio: optat. κιχείην, in plurali κιχείημεν, κιχείητε, κιχείεν: vnde κιχεῖμεν, κιχεῖτε, κιχεῖεν, inueniremus, eris, ent. & à ζῆμι ſecũdæ ζαῆναι, vixiſſent, pro ζαίησαν, vt à φημὶ, φαῖεν. [13] Ab ἀγείρω, congrego: vel ab ἐγείρω, excito: fut. ἀγερῶ & ἐγερῶ, vt ἀτερῶ. 40.4. ab vtroque perfectum ἤγερκα: paſſ. ἤγερμαι, ῥσαι, ῥται: aoriſt. prim. ἠγέρθην: vnde ἠγέρθημεν, &c. ἠγέρθην remoto augmento, ab ἐγείρω quidem ἐγέρθην, ſum excitatus vel experrectus: ab ἀγείρω verò, ὀγέρθην, ης, η, congregatus ſum, es, eſt: tertia plural. ἄγερθεν pro ἤγερθεν vel ἠγέρθησαν: hinc particip. ἀγερθείς, collectus: & futur. prim. ἀγερθήσομαι, congregabor. Huius aoriſtus ſecundus act. ἤγαγον, vt ἤφελον, 55.6. & ſine augmento ἄγαγον, congregaui: med. ἀγαγόμην: tertia pluralis ἀγάγοντο, congregati ſunt. Hoc loco aduertẽda CLENARDI breuiloquentia. nam ἤγερθεν pro ἠγέρθησαν, non ab ipſo ἠγέρθησαν, ſed à prima plurali ἠγέρθημεν per ſyncopen deducere voluit, veluti φαὶην à φαίημεν, non à tertia φαίησαν. Atque hanc fuiſſe illius mentem ipſe contextus & locus ab eo citatus ſatis indicant. In aoriſt. paſſ huiuſmodi tertiam plural à prima ſing. formari diximus Bœoticè & Æol. mutando ν in ες. ſed nihil refert Bœotiſmúmne an ſyncopen agnoſcas, modò tertiam perſonam in ες pro ησαν poſitam intelligas: quę ſanè apud poëtas ſæpenumero eſt obuia: vnde illa, ἄερθεν, & reiecto augmento ἄερθεν pro ἠέρθησαν, ſublati ſunt, vel euecti ſunt, ab ἀείρω, attollo, eueho: cuius aor. prim. paſſ. ἠέρθην, & ſine augmento ἀέρθην: vnde & ſubiunct. ἀερθῶ, euectus fuero: & partic. ἀερθείς, έντος, eleuatus. αἴδεσθεν, veriti ſunt, pro ᾐδέσθησαν depoſito augmento, ab αἰδέω, reuereor, de quo, 91.1. ἔκταθεν, occiſi ſunt, à κτείνω, occido, μ. κτεν: π. ἔκπαγα & poëticè ἔκπαγχα, 52.35. vnde perfect. paſſ. ἐκταμαι, ἐκτασαι, ἐκπαται: aoriſt. prim. ἐκτάθην, &c. ἔκφανεν, apparuerunt, viſi ſunt, pro ἐξεφάνησαν ſublato augmento: eſt aoriſti ſecundi paſſ. ab ἐκφαίνομαι, eluceo. tamen à ſimplici φαίνομαι, conſpicuus ſum, appareo, Pindarus dixit in eodem aoriſt. ſecund. paſſ. ἔφανεν, apparuerunt, pro ἔφανεν vel ἐφάνησαν, à prima

γ in χ. ἀνάγηθι, ἄναχθι. κ in χ. νύκτα ὄλιω, νύχθ' ὄλιω. κεκρέγηθι. φθαρθι. ὀρησαίμεν. ὄνασθαι. ὀνάμενος. εὐρησάμενος. ἐπειάμεν. πείαμαι ab ὠνέομαι. ἐγεννήσατο. φαίμεν. στᾶμεν. δοὶημεν. κιχεῖμεν. ζαῖεν. ἠγέρθησαν. ἄγερθεν. ἀγέροντο. ἄδεσθεν. ἔκταθεν. ἔκφανεν. ἔφανεν.

ἐλιφθεν. sing. ἐφάλω, emersi, apparui ἐλιφθεν, relicti sunt, pro ἐλάφθησαν, detracto ε è diphthongo ει, à λείπω, relinquo, ἐμήνυθεν, patefacti sunt, pro ἐμηνύθησαν, à μη-
ἐμηνύθεν. 14 νύω. ἔσταθεν pro ἐστάθησαν, steterunt, ab ἵστημι, 98.31. 14 Depositio augmento no-
ἔσταθεν. 15 σμὶθησαν, κόσμηθεν, à κοσμέω, orno, μ. ἀστο. 15 A δέμω, ædifico, 52.9. Significat
κοσμήθησαν. etiam δέδμηκα, domui & subieci: sed tum ducitur à δμάω, domo: futur. δμή-
δέδμηκα. σω: perfect. δέδμηκα: pass. δέδμημαι, domitus sum: vel extructus sum, à δέμω:
δέδμηκα à δμάω plus quàm perf. ἐδεδμήμην, ἐδέδμησο, ἐδέδμητο, & detracto augmento δέδμητο, extructus erat, à δέμω: vel domitus erat, à δμάω: tertia plural. Ionica (60.2 &
δέδμητο. 15.) δεδμήατο, domiti erant, à δμάω, aoriſt. prim. ἐδμήθην: imperat. δμήθητι,
δεδμήατο. 16 δμηθήτω, domare, dometur. part δμηθὲς: ἡ δμηθεῖσα, ſubacta, compreſſa. 16 A
τετέμηκε. 17 τέμνω, 19.27. 17 A κάμνω, laboro, fabrico, operor: futur. καμοῦμαι, medium καμεῖ-
κεκάμηκε. μαι, καμῇ, κάμεται, 73.16. perfect. κεκάμηκα, 52.7. ſyncope κέκμηκα, Doricè (12
κεκμακχός. 36.) κέκμακα: vnde & partic. κεκμακχὸς pro κεκμηκὼς, defeſſus: Ionicè κέκμηα:
κεκμηὼς. vnde part. κεκμακὼς, τῦ κεκμακῶτος, τῷ κεκμακῶτι, laſſo, defeſſo: penultima per ω
circunflexum, vt ὑποπεπτωκὼς, ὥτος, 107.45. idque per poëticam epenthesim: nã
κεκοπώτα. regulariter dicendum eſſet κεκμηότες, οτι: vt à κεκοπὼς (107.42.) dicitur κεκο-
κεκοπότε. πότες: vnde κεκοπότα, iratum: & in duali κεκοπότε, irati. A κάμνω (vt hoc obi-
κάμε. κάμμε. ter dicatur) aoriſt. ſecund. ἔκαμον, ες, ε, 55.7. ſine augmento, κάμον, κάμες, κάμε, &
κάμοσι. Homericè κάμμε, fecit ſubiunct. κάμω, κάμῃς, κάμῃ, & Ionicè (100.15.) κάμοσι:
κεκάμω. cum poëtica reduplicatione (49.22.) κεκάμω, ῃς, ῃ, laborauerim, is, it: infin. κα-
μεῖν, laboraſſe, defeciſſe: part. κεκμὼς, ὼτος, mortuus: κεκμῶτες, mortui. aoriſt. ſec.
ἤλυθ. ἐπέξῆλθ. 18 med. ἐκμόμην: tertia plural. ἐκάμοντο, ſtruxerunt. 18 Plus quàm perfect. ab ἔμι,
159.9. ſic ἐπέξῆλθ ab ἐπέξειμι, erumpo, irruo: quod componitur è præpoſitionibus ἐπὶ, ἐξ & verbo ἔμι: ſic à ἐξ, & εἶμι, διέξειμι, enarro: vnde etiã in plus quàm
διεξῆλθ. perfect. διεξήειμεν, & ſyncope διεξῆμεν, enarrabamus, eodem modo
παρεσῆλθ. ἐξῆτε. ἦλθ. quod ponitur in contextu, à παρεσειμι, accedo: atque ἐξῆτε ab ἐξειμι, exeo. ἦλθεν
ἀπῆμεν. 19 verò eſt perfecti med. ab eodem ἔμι, 159.7. ſic ἀπῆμεν ab ἄπειμι, abeo, proficiſcor. 19 Eſt aoriſti prim. ab ἀνίημι, remitto, quod componitur ab ἀνὰ, re, &
ἀνήκαμεν. 20 ἵημι, mitto: cuius aoriſt. prim. ἧκα, 147.47. & 160.18. 20 Plus quàm perfect.
ἤδεμεν. 21 Atticum ab εἴδω, vt ſuo loco dicetur. 21 In ἦσμεν & ἦτε, δ mutatum fuit in σ,
ἴσμεν. ἔστασαν. 22 ſed in ἦσαν ſyncopatur. 22 Pro ἴσαμεν ab ἵστημι, 163.31. 23 Vide, 98.8. & 95.35.
ἔκτην. κτάν. 23 hinc cum ἀνὰ, ἀνέστασαν, ſurrexerunt. Sic à κτῆμι, κέκτημαι, poſſideo. aoriſt. ſec.
ἔκτην: tertia plur. ἔκτησαν, ſyncope ἔκτην, & rurſus depoſito augmento per aphæreſim κτὰν, poſſederunt. ſic ἔβαν & βὰν, de quibus 182.43. Ab ἔκτην, cuius
κτέαμεν. hîc meminimus, ſubiunct. κτῶ, & Ionicè (107.27.) κτέα: vnde prima plur. κτέω-
ἐστάκαμεν. μεν, poſſideamus. ἐστάκαμεν autem ſpiritu aſpero, eſt plus quàm perfectũ act. ab ἵστημι, 98.6. ἔστακα verò ſiue ἔστηκα, ſpiritu tenui, eſt aoriſti ſecũ. Augmen-
Augmenti & ſpiritus. tum quippe & conſonãtibus præpoſitum ſemper leuigatur, niſi in perfecto &
ἀνάβαθι. 24 plus quàm perfect. verbi ἵστημι. 24 De hoc vide in βαίνω, 182.27. 25 Perfectũ
ἑστήκατε. 25 med. ab ἑστήκω, 105.16. vel actiuum ab ἵστημι, 139.28. ſic ἀφεστατε pro ἀφεστήκατε
ἐλεύσεμαι. 26 ab ἀφίστημι, abſcedo. 26 Imperfectum à λύω, lauo. videtur tamen fieri à λοέω
ἐλοέων. verbo poëtico: imperfect. ἐλοέον ἐλόεσκον, & Doricè (92.15.) ἐλόεν, lauabam: pri-
λοῦμαι. ma plural. ἐλοέομεν ἐλοῦμεν, & rurſus οῦ in ῶ contractis ἐλῶμεν eodem modo in
λοῦσθαι. præſenti paſſ. λοέομαι λοῦμαι, & rurſus altera facta contractione λῶμαι, lauor. infinitiuus verò eſt λοῦσθαι pro λοέεσθαι per ſyncopen. Ab hoc eodem poëtico
λοέω, fit participium aoriſti primi medij λοεσάμενος, geminato σ, id eſt, lotus.
ἐοίκαμεν. 27 27 Præteritum medium Atticum habens ſignificationem præſentis, ab ἔοικα.
δεδοίκαμεν. 28 Vide, 145.3. & 146.4. 28 Vide in δείδω, 187.11. Hoc quoque vt ἔοικε habet
Præteritũ med. pro præſenti. ſignificationem præſentis, quanuis voce ſit præteriti temporis: quod & multis aliis præteritis mediis accidit. Hîc notandum in ἔοιγμεν & δεδοιγμεν poni
γ pro κ ante μ. 29 γ pro κ propter μ ſequens. nam μ non facilè ponitur poſt κ. 29 Potes tamen & his adiicere ſequentia: ἀγνίκαμες, ignorauimus, pro ἠγνοήκαμεν: vbi nõ
De ſyncope appendix. ſolùm facta eſt ſyncope, ſed & augmentum quoque reiectum eſt: & ν finale Doricè (13.4.) mutatum eſt in ς ducitur ab ἀγνοέω: futurum ἀγνοήσω:
ἀγνίκαμες. perfect.

perfect. ἠγέϊκα: prima pluralis ἠγείκαμεν, pro qua ἀγήκαμες, ἀγερόμενος, congregatus, collectus. pro ἀγερόμενος. participium præsens pass. ab ἀγείρω, congrego, ἀδηκότες, & poëticè geminato δ, ἀδδηκότες: labore confecti, pro ἀνδηκότες: atque ἀνδηκότες pro ἀδηκότες reiecto augmento: est participium perfectum actiuum ab ἀνδάω, μ. ἀπο. laboro, ægrè fero. ἀχείχμενος, anxius, acuta antepenultima pro ἀχεχόμενος, participium præsens passiuum ab ἀχέχημαι, tristor: de hoc, 103.47. ἀχαχμένος, verò penacutè, est acutus, per syncopen quoque pro ἀχεχημένος, participium perfecti passiui sine augmento, ab ἀχαχάω, acuo ἄλμενος pro ἀλλόμενος, exiliens, qui mutatur: participium præsens ab ἄλλομαι, salio: compositum cum ἐπὶ, ἐπάλμενος, insiliens, pro ἐφαλλόμενος, Ionicè posito π pro φ, 12.29. rursus cum ἀνὰ, ἀνεπάλμενος, exiliens. Ab ἄλλομαι, aorist. secund. medius ἥλμην, ἅλο, ἅλτο, & poëticè siue Ionicè sine augmẽto (49.21.) ἄλτο, syncope ἆλτο, saltauit, exiliit: Æolico more (13.35.) notatur spiritu tenui, vt etiam nonnunquam ἄλμενος. Quibusdam magis placet vt ἆλτο sit plus quàm perfectum passiuum ab eodem ἄλλομαι: cuius perfectũ ἧλμαι: plus quàm perfect. ἥλμην, ἧλσο, ἧλτο, & Doricè mutato η in α longum, & Æolicè mutato spiritu, ἄλμην, ἄλσο, ἆλτο, irrueram, as, at: hinc cum ἐπὶ, ἔπαλτο, insiliebat: & rursus cum ἀνὰ, ἀνέπαλτο, saliebat, mouebatur: cum ἐς. ἐσταλῆ, insilierat. ἄνωγα pro ἀνύω, expediens: participium præsens verbi ἀνύω, ἀπήλπτην, minati estis vos duo, pro ἀπειλήσατον, detracto quoque augmento, ab ἀπείλησα, ας, αι, aoristo primo verbi ἀπειλέω, minor, μ. ἀπο. sic πεῖτο, firmabat, dicebat pro ἐπείθετο: & præsens πεῖται, firmat, profitetur, pro πείθεται, à πέποιμαι, ὀπυόμενος, ablatus, priuatus, pro ὀπυιζόμενος: participium aorist. prim. medij ab ὀπυίζω pro ἀφοείζω, quod est extermino, alieno: vbi π pro φ Ionicè positum est, 12.29. & ad ο aduocatum est υ, vt fieret υ, vt νοῦσος pro νόσος, morbus, 16.22. sic participium actiuum eiusdem temporis ὀπύσας pro ὀπυρίσας, auferens, præripiens, priuans. ἄρμενος pro ἀρόμενος, congruus: participium præsens passiuum ab ἄρω, apto, congruo. ἄρχμενος, subditus, pro ὑπαρχόμενος, ab ἄρχομαι, sub imperio sum: item incipio: vnde ὤρχμενος pro ὁ ἀρχόμενος, incipiens, facta contractione ο & α in ω, vel mutatione τῦ α in ω, vt ὦριστος pro ἄριστος, optimus: ἑωυτόν pro ἑαυτόν, seipsum: quod Ionum est proprium. βαίνω, eo: perfect. βέβηκα, à βῆμι siue βάω, 182.25. Ionicè βέβαα, 107.10. prima pluralis βεβάαμεν, syncope βέβαμεν, iuimus: antepenultimam acuit. perfectum infinitiui βεβάειν, Atticè & Doricè βεβαέμεναι, Ionicè βεβαέμεν: 59.4. & syncope βεβάμεν, iuisse, acuta penultima. δέγμενος pro δεχόμενος, accipiens, à δέχομαι, accipio: vbi χ migrat in γ propter μ sequens. nam μ non facilè sequitur mutam χ. è δέγμενος cum præpositione Dorica ποτὶ pro πρὸς (117.23.) ποτιδέγμενος pro προσδεχόμενος, expectans. ἔγειρε, excitabatur: est imperfectum passiuum sine augmento ab ἐγείρομαι, quod & per syncopen ἔγρομαι, excitor: vnde & particip. ἐγρόμενος pro ἐγερόμενος, excitatus. ab ἔγρετο, cum ἐπὶ, ἐπέγρετο, expergefiebat. ἐγρήγορθαι, suscitatum esse. pro ἐγρηγορέναι, pleonasmo τῦ θ: est perfectum infinitiui medij à γρηγορέω, perfectum medium ἐγρήγορα, 136.0. & 88.15. Ab ἔικω, id est, assimilor, similis sum: imperfectum & aoristus secundus ἔικον: tertia persona dualis εἰκέτην, syncope ἐκτην, & soluta diphthongo εἰκτην, similes erant. sic εἴκτο, videbatur, pro ἔικετο, in imperfecto passiuo vel aoristo secundo medio. ἔπλε erat, pro ἔπελε: est imperfectum à πέλω, sum, fio: pro ἔπελε remoto augmento dicitur πέλεν, & Ionicè (47.39,) πέλεσκεν, erat. imperfectum passiuum ἐπλόμην, ἐπέλου, & Ionicè (61.33) ἐπέλεο, syncope ἔπλευ & ἔπλεο, atque Doricè (12.46.) ἔπλεν, eras: tertia persona ἐπέλετο, syncope ἔπλετο, & detracto augmento πλέτο, erat, fiebat, à πέλομαι, πέλη, πέλεται. ἐδοντες, edentes, pro ἐδόντες, participium præsens ab ἐδάω, edo. ἦνον, perficiebam, pro ἤνυον: imperfectum est ab ἀνύω. θῆσαι, lactasse, pro θηλάσαι: est aoristus primus infinitiui actiui à θηλάζω, μ. ἀπο. κέντσαι, stimula, pro κέντησαι, à κεντίζω, stimulo, pungo: vel

ἀγερόμενος.
ἀδηκότες.
ἀδδηκότες.
ἀχείχμενος.
ἀχαχόμενος.
ἄλμενος.
ἐπάλμενος.
ἀνεπάλμενος.
ἆλτο.
ἔπαλτο. ἀνέπαλτο. ἐσταλῆ. ἄνωγα.
ἀπήλπτην.
ἀπειθέμενος.
ὀπύσας.
ἄρμενος.
ἄρχμενος.
ὤρχμενος.
ὦριστος.
βέβαμεν.
βεβάμεν.
δέγμενος.
ποτιδέγμενος.
ἔγρετο.
ἐγείρομαι.
ἐγρόμενος.
ἐπέγρετο.
ἐγρήγορθαι.
εἴκτην.
εἴκτο.
ἔπλε.
πέλε. πέλεσκεν. ἔπλην, ἔπλευ, ἔπλεο, ἔπλεν.
ἔπλετο, πλέτο.
ἐδοντες. ἦνον.
θῆσαι.
κέντσαι.

pro κέκτησαι, à κεκτάω siue κεκτάω, μ. ήσω. eſt aoriſtus prim. imperatiui medii:

κιχήτην. κιχήτην, cepiſtis vos duo, pro ἐκιχησάτην: aoriſtus eſt primus act. à κιχέω,

κεκορυθμένος. μ. ήσω, inuenio, conſequor. κεκορυθμένος pro κεκορυθημένος, armatus: eſt par-

λελακὼς, ῦῖα. ticipium perfecti paſs. à κορυθέω, μ. ήσω, armo, λελακὼς, λελακυῖα, vociferans,

λελακώς. pro λελαληκὼς, ῦῖα: eſt particip. perfectum actiuum à λαλέω, loquor, garrio.

dicitur etiam λελακὼς, proeodem. & præteritum λέλακα, locutus ſum λελα-

κὼς poteſt cenſeri particip. medium à λάκω, reſono, clamo, do oraculum:

vnde perfectum medium λέλακα. λέλακας, vnde & aoriſtus ſecundus ἔλακον,

γένοται. ἔλακες, ἔλακε. γένηται, excogitatus eſt, pro γένηται tertia perfecti paſſiui, à νοέω,

ἐνενήνο. excogito. at tertia ſingul. plus quàm perfect ἐνενήνοτο pro ἐνενόητο, cogitarat:

ἐνενώνο. & tertia plur. ἐνενώνο, cogitauerant, pro ἐνενήνοτο verſo η in ω. & facta ſyn-

ὁμωθῶμαι. cope ex ἐνενόητο. ὁμφθῆναι, ſimilem factum fuiſſe, pro ὁμοιωθῶναι: eſt aoriſtus

ὀσφρόμενος. prim. infinitiui paſs. ab ὁμοιόομαι, μ. ώσομαι, ſimilis ſum. ὀσφρόμενος, qui odo-

ratur, pro ὀσφεικτόμενος: participium eſt præſens paſs. ab ὀσφεαίνω: eſt etiam

aoriſti ſecundi medij ab ὀσφράω ω: aoriſtus ſecund. ὤσφρην: medius ὠσφρό-

μην: vnde participium ὀσφρόμενος. inuenitur enim ὀσφράω, vnde futur med.

παρέθεσαν. ὀσφρήσομαι, ὀσφρήσῃ, ὀσφρήσεται, ſentiam, es, et. παρέθεσαν, præciderunt, pro

παρεθέεσαν. aoriſtus prim. indicatiui à παραθρέσκω, μ. ίσω. A περάω, termino,

definio, μ. ώσω: π. ωκα: paſs. πεπέρασμαι, πεπερᾶσαι, πεπέρασται, ſyncope

πέπρωται. πέπρωσται, fatatum eſt, fato decretum eſt: particip. πεπρωμένος pro πεπερασ-

πεπρωμένος. μένος, fato deſtinatus: ἡ πεπρωμένη & τὸ πεπρωμένον, fatum. ἑλιπλόμενος, per-

ἑλιπλόμενος. fectus, reuolutus, qui ſit circulo, pro ἑλιπλόμενος: participium eſt præſens

πέφνε. paſs. à ἑλίπλομαι. πέφνε, interemit, pro πέφονε, detracto augmento: aori-

πέφνον. ſtus ſecund. à φονέω: hinc participium πέφνων, πέφνουσα, πέφνον, pro πεφνών,

πεφυζότες. πεφνοῦσα, πεφνόν, retracto ſcilicet augmẽto ob ſyncopen: niſi mauis eſſe præ-

τεπμένος. ſens à verbo poëtico πέφνω, occido. πεφυζότες, fugientes cum metu trepidan-

tes, fugitiui, pro πεφυζηκότες, part. perfectum à φυζέω inuſitato τέπμενος, ho-

noratus, pro τεπμημένος retracto accentu ob ſyncopen: eſt part. perfect. paſs.

à τιμάω, μ. ήσω, honoro. τέτρηχα, turbatus ſum, pro τετάρηχα, Ionicè verſo

τέτρηχα. α in η, 12. 26. eſt perfectum medium à ταράττω, μ. ξω. 72. 13. à τέτρηχα, plus

τετρήχη. quàm perfect. ἐτετρήχη, & detracto ε, τετρήχη, turbatus eram. In participio

quoque perfecto actiuo fœminino dicitur eodem modo τετρηχυῖα, turbata,

τετρηχυῖα. exaſperata, pro τετραχυῖα. ὥρμενος, concitatus, pro ὡρμημένος: participium

ὥρμενος. perfect. paſs. retracto accentu ob ſyncopen, ab ὁρμάομαι.

διδάσκω à δι- 1.2 [1] Διδάσκω, *doceo*. Futurum, [2] διδάξω. Aoriſtus, ἐδίδαξα, à διδάχω.

δαχω.

διδράσκω à δι- 3 [3] Διδράσκω, *fugio*. Futurum, διδράσω, à διδράω. ſic ἀποδιδράσκω, *aufugio*: ἀπο. διδράσκω, *diffugio*, *dilabor*.

δεδρασκω & ἀ- 4 aoriſtus ſecundus, δίδραν, [4] ἀπέδραν, fugi, pro δίδρω, ἀπέδρω, ab ἀποδράμι, *aufugio*: ἀπό. δραμι, *diffu-*

πέδραν primæ perſonæ ſingul. & tertiæ plur. 5 *gio*: ſed α pro η, vt [5] ἔφασαν, pro ἔφησαν. Participium, 6 [6] ἀποδρᾶς, ἀποδράντος: at [7] ἀπέδραν, δίδραν, *fugerunt*. 7 8 ſyncope, pro ἀπέδρησαν, δίδρησαν. Infinitiuus [8] δρᾶναι, præſens.

1 ΔΙΔΑΣΚΩ Veluti & reliqua in σκω 177. 14. deriuatum eſt: dicitur

citur autem non à διδάσκω, ſed à δαίω ſiue δάω, vnde interpoſitis literis σκ fit δαίσκω, & cum reduplicatione διδάσκω. [2] Hinc medium διδάξομαι, docebo: & aoriſtus prim. medius ἐδιδαξάμην, docui: in optat. διδαξαίμην, docuerim. [3] Διδράσκω fit à δράω cum reduplicatione, quam in futuro contra aliorum analogiam ſeruat, διδρᾶσω: vnde ἀποδιδράσκω, aufugiam: tamen tanquam à δράσω dicimus in aoriſto prim. ἔδρασα, & ſyncope ἔδρα, cucurri: cum ἀπό, ἀπέδρα, aufugi: & tanquam à δρήσω, quod fiat à primitiuo δράω, cum δρᾶ dicitur in futuro medio δρᾶδρήσομαι: tertia plur. δρᾶδρήσονται, diffugient, dilabentur. hinc etiam aoriſtus prim. medius διεδρησάμην, vnde ſubiunctiuus δρᾶδρήσωμαι, δρᾶδρήσῃ, δρᾶδρήσεται, aufugero, is, it. [4] Hinc in prima plural ἀπέδρασμεν, aufugimus. [5] De hoc paulò antè, 188.13. [6] Sic δρᾶδρᾱς, qui perfugit, dilapſus. [7] Sic ſimplex ἔδρᾱν, fugerunt, pro ἔδρησαν vel ἔδρασαν, à δρῆμι: aoriſt. ſecund. ἔδρᾱν, ἔδρᾱς, ἔδρᾱ. ἔδρᾱμεν, ἔδρᾱτε, ἔδρᾱν, pro ἔδρᾱην, ης, η, &c. optat. δραίην, vt φαίην, 98.13. [8] Cum δρᾶ, δρᾶδρᾶναι, aufugere.

ΔΑΙΩ Triſyllabum vel δάω diſyllabum, conuiuor, diuido, ſcio, comburo: fut. δάσω à δάω, & δαίσω quaſi à δαίω. à δάσω aoriſtus prim. ἔδαισα: medius ἐδαισάμην: ſubiunct. δάσωμαι, δάσῃ, comedam, as: infin. δάσασθαι, epulari: partic. δαισάμενος, epulatus. à δαίσω verò fit perfect. δεδαῖκα, noui: vnde part. δεδαικὼς, doctus, & Ionicè detracto κ, & correpta penultima (106.19.) δέδᾱα: tertia plur. δεδάᾱσι, norunt: partic. δεδαὼς, ότος, & poëtica productione δώς, doctus: in duali δεδάᾱτε, docti. Perfect. paſſ. δεδάημαι, noui: infinit. δεδάῃσθαι, noſſe: & partic. δεδαημένος, doctus. dicitur etiam in perfect. paſſ. δέδαιμαι, à δάω: vnde tertia plur. Ionica (66.2 & 15.) δεδάαται pro δέδανται, diuiſi ſunt. atque etiam δέδασμαι, diuiſus ſum, ab inuſitato δάσω: hinc in tertia perſona δέδαστᾰι, diſtributum eſt. ab eodem δάσω: aor. prim. medius ἐδασάμην: ἐδάσατο & poëticè (48.5. & 9.) δασσάσκετο, diuiſit: tertia plur. ſine aug. & geminato σ, δάσαντο, partiti ſunt: in ſubiunct. δάσωνται diſcerpſerit: infin. δάσασθαι, diuiſiſſe: part. δασσάμενος, diſtinguens, qui partitus eſt. Aoriſtus ſec. ἐδάην, didici, cognoui, infin. δαῆναι, & Doricè (59.4.) δαήμεναι, didiciſſe, à δάημι. eſt & alius aor. ſec. poëticus ſiue Ionicus (49.22.) δάην pro ἔδαον à δάω. Huius perfectum med. (154.13.) δέδηα, δέδηας, δέδηε, combuſti, iſti, it: plus quàm perf. ἐδεδήειν: & ſine ε, δεδήειν, δεδήεις, δεδήει, inflammabar, aris, atur: hinc cum ἀμφι, ἀμφιδεδήει, circunſpargebatur. A δάω ai in η conuerſo, ſunt qui putent fieri δήω, inuenio: vnde δήομεν, δήετε, inuenimus, itis. alij non ſubſcribuntur ι, & malunt eſſe futurum à δέω, 183.47.

citur autem non à διδάσκω, ſed à δαίω ſiue δάω, vnde interpoſitis literis σκ fit δαίσκω, & cum reduplicatione διδάσκω. [2] Hinc medium διδάξομαι, docebo: 2
& aoriſtus prim. medius ἐδιδαξάμην, docui: in optat. διδαξαίμην, docuerim.
[3] Διδράσκω fit à δράω cum reduplicatione, quam in futuro contra aliorum 3
analogiam ſeruat, διδρᾶσω: vnde ἀποδιδράσκω, aufugiam: tamen tanquam à δράσω dicimus in aoriſto prim. ἔδρασα, & ſyncope ἔδρα, cucurri: cum ἀπό, ἀπέδρα, aufugi: & tanquam à δρήσω, quod fiat à primitiuo δράω, cum δρᾶ dicitur in futuro medio δρᾶδρήσομαι: tertia plur. δρᾶδρήσονται, diffugient, dilabentur. hinc etiam aoriſtus prim. medius διεδρησάμην, vnde ſubiunctiuus δρᾶδρήσωμαι, δρᾶδρήσῃ, δρᾶδρήσεται, aufugero, is, it. [4] Hinc in prima plural ἀπέδρασμεν, 4
aufugimus. [5] De hoc paulò antè, 188.13. [6] Sic δρᾶδρᾱς, qui perfugit, dila- 5
pſus. [7] Sic ſimplex ἔδρᾱν, fugerunt, pro ἔδρησαν vel ἔδρασαν, à δρῆμι: aoriſt. ſe- 6
cund. ἔδρᾱν, ἔδρᾱς, ἔδρᾱ. ἔδρᾱμεν, ἔδρᾱτε, ἔδρᾱν, pro ἔδρᾱην, ης, η, &c. optat. δραίην, 7
vt φαίην, 98.13. [8] Cum δρᾶ, δρᾶδρᾶναι, aufugere. 8

ΔΑΙΩ Triſyllabum vel δάω diſyllabum, conuiuor, diuido, ſcio, combu- *Appendix.*
ro: fut. δάσω à δάω, & δαίσω quaſi à δαίω. à δάσω aoriſtus prim. ἔδαισα: me- δαίω vel δάω
dius ἐδαισάμην: ſubiunct. δάσωμαι, δάσῃ, comedam, as: infin. δάσασθαι, epu- à δαίω, δαίζω,
lari: partic. δαισάμενος, epulatus. à δαίσω verò fit perfect. δεδᾱῖκα, noui: vnde & δαΐημι.
part. δεδαικὼς, doctus, & Ionicè detracto κ, & correpta penultima (106.19.)
δέδᾱα: tertia plur. δεδάᾱσι, norunt: partic. δεδαὼς, ότος, & poëtica productione δεδάᾱσι.
ώς, doctus: in duali δεδάᾱτε, docti. Perfect. paſſ. δεδάημαι, noui: infinit. δε- δεδάᾱτε.
δάῃσθαι, noſſe: & partic. δεδαημένος, doctus. dicitur etiam in perfect. paſſ. δέδαι-
μαι, à δάω: vnde tertia plur. Ionica (66.2 & 15.) δεδάαται pro δέδανται, diuiſi δεδάαται.
ſunt. atque etiam δέδασμαι, diuiſus ſum, ab inuſitato δάσω: hinc in tertia per-
ſona δέδαστᾰι, diſtributum eſt. ab eodem δάσω: aor. prim. medius ἐδασάμην: ἐδάσατο δασσάσκετο.
& poëticè (48.5. & 9.) δασσάσκετο, diuiſit: tertia plur. ſine aug. & geminato δάσαντο.
σ, δάσαντο, partiti ſunt: in ſubiunct. δάσωνται diſcerpſerit: infin. δάσασθαι, diui-
ſiſſe: part. δασσάμενος, diſtinguens, qui partitus eſt. Aoriſtus ſec. ἐδάην, didici, co-
gnoui, infin. δαῆναι, & Doricè (59.4.) δαήμεναι, didiciſſe, à δάημι. eſt & alius aor. δαήμεναι.
ſec. poëticus ſiue Ionicus (49.22.) δάην pro ἔδαον à δάω. Huius perfectum δάην. δέδαον.
med. (154.13.) δέδηα, δέδηας, δέδηε, combuſti, iſti, it: plus quàm perf. ἐδεδήειν: &
ſine ε, δεδήειν, δεδήεις, δεδήει, inflammabar, aris, atur: hinc cum ἀμφι, ἀμφιδεδήει,
circunſpargebatur. A δάω ai in η conuerſo, ſunt qui putent fieri δήω, inuenio: ἀμφιδεδήει.
vnde δήομεν, δήετε, inuenimus, itis. alij non ſubſcribuntur ι, & malunt eſſe fu-
turum à δέω, 183.47.

E

Ἐγ' ὦδα, pro ἐγὼ [1] οἶδα, *ego noui*: vt ἐγ' ὦμαι pro [1] ἐγὼ [2] οἶμαι, *ego puto*, per craſim. 2

[3] Ἔδω, *edo*. [4] Præter. Atticum ἔδηκα, & pleonaſmo, ἐδήδοκα. Præt. med. [5] ἔδηδα. Fut. ſecund. med. [6] ἔδομαι, pro ἐδοδμαι, vt [6] φάγομαι, πίομαι, *edam, bibam*.

Εἴδω, *ſcio*. Futurum, [7] εἴσομαι, vel [8] ἴσομαι, remoto ε Præteritum med. [9] οἶδα. ſed futurum εἰδήσω, ab εἰδέω. Præterit. εἴδηκα. Plus quàm perfectum, εἰδήκειν, ſyncope ᾔδα, εἴδειν. Infinitiuus, εἰδέναι. Participium, εἰδώς. Plus quàm perfe. εἴδειν, [10] Atticè ᾔδειν, η in η. [11] Aoriſt. ſecund. εἶδον, *noui*, poëtice ἴδον, *vidi*, ſine ε: [11]

Ἐγ' ὦδα. 1
ἐγ' ὦμαι. 2
ἐδήδοκα. 3
ἔδηδα. 4
ἔδομαι. 5 6
εἴδω ab εἰδέα. 7 8
& ἔδημι.
εἶδα ſyncope. 9
ᾔδειν. ει in η. 10
ἴδον. 11

id quod in reliquis perdurat : ἴδε, ἴδοιμι, ἐὰν ἴδω,
εἰδείλω. 12 12 ἰδεῖν. Participium, ἰδών. Optatiui præſens. 13 εἰδείλω
13 ab εἴδημι.

εἰπὸν. 14 15 14 Εἰπὼν pro εἰπτὲ, *dic*, aoriſt. ſec. 15 Syracuſio more,
16 ον pro ε. Syrac. 16 ον pro ε. At 16 εἶπον, εἰπάτω, primus, vt τύψον.

εἶδε. εἶμαι. ἐδμῶαι. 1.2 VIDE in εἴδω. 2 Quære in οἴομαι. 3 Huius infinitiuus ἔδεν, Doricè &
3.4 Atticè (59.4.) ἐδέμωαι & ſyncope ἔδμωαι, comedere. 4 Vide 144.7. & 24.
5.6 5 Ab ἐδήδοκα, partic. ἐδηδοκώς: & ab ἔδηδα, ἐδηδώς, qui comedit. 6 Vide 154.
7 15. 7 Secunda perſona ἔσῃ & Ionicè (61.33.) ἔσεαι. Huius futur. actiuum eſt
εἴσω vel ἴσω, ſciàm: vnde præſens (177.15.) ἔσκω & ἴσκω: imperfect. ἴσκον, ἴσκες, 10
ἴσκε, ſciebam, as, at. A futur. ἔσω, aoriſtus primus ἔσα: medius εἰσάμην, & poëticè (145.5.) ἐεισάμην, aſſimilatus ſum: optat. εἰσαίμην: tertia perſona εἴσαιτο, viſum eſſet, placuiſſet: particip. εἰσάμενος & poëticè ἐεισάμενος, aſſimilatus.
ἴσκε. εἰσάμην. ἐεισάμην.
ἰσόμενος. 8.9 8 Hinc participium ἰσόμενος, ſciturus. 9 Augmentum non recipit, ſed ε
mutatum fuit in οι, vt in πέποιθα à πείθω, 72. 29. Ab οἶδα, οἶδας, οἶδε, pluralis 15
10 οἴδαμεν, οἴδατε, οἴδασι, nouimus, noſtis, norunt. 10 Vide 142.2. & 146.25. Sumitur ᾔδειν pro ᾔδεσαν ſiue ᾔδεσαν, ſciebant. ſic λῦ (157.20.) pro ἔλυσαν, erant. Secunda perſona ᾔδεις, Æolicè (157.22.) ᾔδεισθα, & ſyncope ᾔδησθα, noueras. Pro tertia perſona ᾔδειν Nonnus dixit ἤιδη, ſciebat, nouerat: & Homerus ἤειδε. In tertia duali ᾔδειτην, ſyncope ᾔστην, ſciuerant illi duo: vbi δ mutatum eſt in σ, 20
ᾔδεα. ἤιδε. ἤειδε. ᾔστην.
11 vt in plurali ᾔδειμεν, ᾔσμεν, ᾔδειτε, ᾔστε, 188.10. 11 Vide 148.21. Poëtæ quoque
ἰδνισσῶ. in futuro primo pro εἰδήσω, dicunt ἰδνίσω ſine ε, & Doricè ἰδνισῶ, vltima circunflexa: de huiuſmodi Doriſmo vide infrà in πίπλω. Atque Plutarchus dixit in tertia plurali præſentis paſſ. ἴδονται, videntur, per ι, modò codex mendo careat. Ab ἴδον, ἴδες, fit tertia Ionica (47.39.) ἴδεσκε, pro ἴδε, vidit. Huius 25
ἴδονται. ἴδεσκε. ἰδέ. ἰδοίατο. aoriſtus ſecund. med. ἰδόμην, ω, εσο: imperat. ἰδοῦ: at ἰδέ, ecce, aduerbium: optat. ἰδοίμην, οιο, οιτο: tertia plural. ἴδοιντο, & Ionicè (66.12.) ἰδοίατο, viſi fuiſſent: infin.
12 ἰδέσθαι. 12 Ἰδεῖν, dialectis valde variat, Doricè ἰδεῖν, 59.16. Æolicè & Doricè
ἰδεῖν, ἰδῶ, ἰδέειν, ἰδῶ, ἴδω, ἰδέῃν, ἰδῶμαι, ἰδέσθαι. ἰδῶ, 59.17. Ionicè ἰδέειν, 59.18. & rurſus Doricè & Atticè ἰδέσθαι, Ionicè ἰδέεσθαι, 59.4. & ſyncope ἴδεσθαι, ἴδσθαι, vidiſſe, ſcire. Ab ἴδεῖν cum σύν, σωιδεῖν, co- 30
13 gnoſcere, videre: & partic. σωιδών, ſimul intuens: σωιδόντες, cognoſcentes: at-
εἰδῶ. εἴδω. ἄδμεν. que optat. σωίδοιμι, σωίδοις, σωίδοι, intelligam, as, at. 13 Vt πιθέω, 96.1. & ſubiunctiuus εἰδῶ, cognoſcam, videam, vt πιθῶ, 96.4. at ἴδω, εἴδῃς (vnde & in prima plural. ἴδωμεν, pro εἴδωμεν, ſciamus, 151.15.) eſt aoriſtus ſecundus ab εἶδον.
14 14 Ab inuſitato ἔπω quod ſumit augmentum per ε, atque illud ſeruat in v- 35
εἶπόν. 15 troque aoriſto per omnes modos, 139.25. & 148.6. 15 Nam Syracuſani, qui
Syracuſiaſmus ſiue Doriſmus. & Dores, aoriſtum ſecundum imperatiui actiui, primo aor. eiuſdem modi ſimilem terminatione faciunt: vt θίγον, pro θίγε, tăge, à θίγω, tango: ſic τύπον pro
θίγον. 16 τύπε 57.1. 16 Vide 147.46 & 148.6. Cæterùm εἶπε & εἶπον habent accentum in vltima, cùm τύπε & τύπον habeant in penultima: de qua re habes, 150.40. 40

ἐκέκραξα. E κέκραξα, *clamaui*, aoriſtus primus à κεκράγω,
A præterito fit præſens. 1.2 *clamo*, quandoque 1 præteritum fit præſens: à 2 κράζω, *vociferor*, præteritum medium, κέκραγα: inde
3 κεκράγω. Futurum, 3 κεκράξω. Aoriſtus, ἐκέκραξα. A
4 πείθω, *perſuadeo*, *confido*, præterit. med. 4 πέποιθα: vn- 45
de

de [5] circunflexum πεποιθέω, θῶ, *confido*: à quo verbale πεποίθησις, *confidentia, fiducia.* Γρηγορέω, *vigilo.* Præteritum medium [6] ἐγρήγορα: vnde præsens ἐγρηγορῶ, *vigilo.*

ἔρομαι, *interrogo.* Futurum ἐρήσομαι ab ἐρέομαι. Aoristus secundus medius, ἠρόμην. nam εἰρόμην fit ab [7] εἴρομαι, *interrogo.*

[8] Εὑρίσκω, *inuenio.* Futurum, εὑρήσω ab εὑρέω. Aoristus primus passiuus, εὑρέθην.

5 πεποιθῶ. πεποίθησις. 6 ἐγρηγορῶ. ἔρομαι ab ἐρέομαι. 7 8 αὑρίσκω ab εὑρέω.

10 ID Est, à præterito medio formatur præsens, significans idem quod primitiuum. Sic ab ἄρω, apto, congruo, præteritum medium ἦρα, & Atticè duabus prioribus prætentis literis præfixis (vt dictum est, 144.7. ἄρηρα, ἄρηρας, ἄρηρεν: vnde præsens ἀρήρομαι, idem quod ἄρω. A perfecto medio ἄρηρα, ducitur plus quàm perfect. ἀρήρειν, ἀρήρεις ἀρήρει, & cum altero augmento (146 3.) 15 ἠρήρειν, ας, αι, compegeram, accommodaueram, as, at: part. ἀρηρὼς, ὁτος, & sine augmento: seruata tamen reduplicatione ἀραρὼς, ὁτος, congruens, compactus: sic & in subiunctiuo ἀείρω, ἀείρῃς, ἀείρῃ, congruero, is, it, pro ἀρήρω, ῃς, ῃ: atque in indicatiuo ἄραρα, ας, ε, pro ἄρηρα, me accommodaui, placui, isti, it, Ἀθάλλω, vireſco, floreo, præteritum medium τέθηλα, 73.2. dicitur & τέθαλα, 20 vnde part. τεθαλὼς, τεθαλυῖα, florẽs germinans. Cæterùm è τέθηλα & transpositis literis τίλεθα, fit præsens τιλεθάω, τιλεθάῃς, τιλεθάῃ, idẽ quod θάλλω: hinc part. τιλεθάων, οντος, ἢ τιλεθάουσα, crasi τιλεθῶσα & poëticè τιλεθόωσα, vt ἀνθόωσα, 92,36. Rursus è τιλεθάω fit barytonum τιλέθω τὸ θάλλω. Ἀρίγεω ῶ, timeo, algeo, exhorreo, futūt. ῥιγήσω: aoriſt. prim. ἐῤῥίγησα, ἐῤῥίγησας, ἐῤῥίγησε, ſine augmento ῥίγησεν, obſtupuit. perfect. ἐῤῥίγηκα: vnde medium (88.15.) ἐῤῥίγα, rigui: à quo præsens ἐῤῥιγῶ τὸ ῥιγέω: ſubiunctiuus ἐῤῥίγῃς, ἐῤῥίγῃ, & Ionicè (151.14.) ἐῤῥίγωσι, timeat partic. ἐῤῥίγων, οντος, ουσα. [2] Huius futur. κεχήξω, 46. 20. aoriſt. prim. ἐκεχᾶξα. In præterito medio reperitur etiam ἔκεχαγα pro κέκεχαγα, clamaui, vt ἐβλάκευμαι & βεβλάκευμαι, 171. 31. Cur præteriti medij characteriſtica ſit γ, habes, 72.13. ſic aor. ſec. ἔκεχαγον. [3] Medium κεκεχήξομαι, clamabo: tertia plur. κεκεχήξονται, clamabunt. poteſt tamen cenſeri paulò pòſt futurum à κεχήξω, μι. ξω. [4] Vide 71.29. Ionicè dicitur πεποίθεα: plus quàm perfect. ἐπεποίθειν, ἐπεποίθεις, ab huius prima plurali ἐπεποίθεμεν, ſunt qui per ſyncopen ducant ἐπέποιθμεν, Illiados β'. ſed penultima eſſet ει: alij ab aoriſto ſec. ἔπιθον (55.3.) quod Ionica reduplicatione (49.22.) eſt πέπιθον, cui præponunt aliud augmentum: ſed hoc fieri non ſolet: quare malim compoſitum dicere ex ἐπί, & prima plural. aoriſti ſec. ἐπίθεμεν cum ſyncope τοῦ ε. inuenitur enim compoſitum ἐπιπείθω: vnde in imperatiuo paſſ. ἐπιπείθεο: pare, Ionicè (68.25.) pro ἐπιπείθου, vel pro ſimplici πείθεο: & in ſubiunctiuo ἐπιπείθηται pro πείθηται parear, audiens ſit. Dicitur tamen in aoriſto ſec πέποθον Ionicè pro ἔπιθον: vnde opt. πεπόθοιμι, οις, οι. prima pluralis πεπόθοιμεν, ſuaſiſſemus: hinc quoque aliud verbum vt pote πεπόθέω, cuius fut. πεπόθήσω, perſuadeo. Ab aoriſt. ſec. ἔπιθον, medius ἔπιθόμην: opt. πιθοίμην, οιο, οιτο: tertia pluralis Ionica (66.12.) πιθοίατο, credant, pro πίθοιντο: ſubiunctiuus, πίθωμαι, πίθῃ, & Ionicè (61 33.) πίθηαι, perſuaſus ſis. [5] Atque barytonum πεποίθω prima pluralis πεποίθεμεν, confidimus. [6] Vide, 139.7. & 88.15. Plus quàm perfect. ἐγρηγόρειν aliud augmen-

1 2 3 4 5 6 ἐγρηγόρειν.

γρηγορῶς. tum non accepit. 53. 4. Particip. ἐγρηγορὼς, ὁτος: & depoſito augmẽto γρηγορῶς, vigilans. 7 Huius ſecunda perſona ἔιρῃ, & Ionicè (61. 33) ἔιρεαι, interrogas: in imperfecto ἐιρόμην, ἔιρευ, Ionicè ἔιρεο, interrogabas: & interroga in imperatiuo, 68. 25. ſi ab ἐιρόμαι imperatiuus Ionicus ἔιρεο, & producta penultima ἔιρῳο, interroga, 185. 12. 8 Vide 155. 11. & 177. 14. & 187. 28. A fut. εὑρήσω perfectum εὕρηκα, & Atticè (140. 4.) ηὕρηκα. aoriſtus ſec. εὗρον infini. εὑρεῖν, Doricè & Atticè εὑρέσθαι, inueniſſe. aoriſt. ſecun. med. εὑρόμην, nactus ſum: optat. εὑροίμην, οιο, οιτο: ſubiunct. εὕρωμαι, ῃ, ηται: infinit. εὑρέσθαι: particip. εὑρόμενος. nactus, aſſecutus, qui reperit.

ἔχω à χέω. χήμι & ἴσχω. 1. 2 1 Ἔχω, *habeo*. Futurum 2 ἕξω, per ἑ aſpiratum 3 Præteritum ἔσχηκα. 3 Aoriſtus ſecundus ἔσχον à χέω. 4. 5 Imperatiuus χὲς, 4 ὀπίσχες, *expecta, differ*: 5 προέχες, *intende, præoccupa*, à χῆμι, vt σὲς, *dic* vel *ſequere*, à σῆμι: 6. 7 φρὲς, *fer*, à φρῆμι, ad morem 7 θὲς à τίθημι. Aoriſtus ſecundus medius, 8 ἐχόμην, 9 ἀνεχόμην, *toleraui*. 8. 9 Imperatiuus 10 σχοῦ, 11 ἀπόσχου, *abſtine*: at 12 ἰχόμην, *me reprimebam* ſeu *repreſſi*, *ab* ἴσχω, *habeo*, *teneo*. Verbale, ἄσχετος, *intolerabilis*, à χῆμι. Præteritum paſsiuum, 13 ἔσχημαι, tertia perſona ἔσχεται, σχετὸς, ἄσχετος: ſic 13 verbale σχέσις, *habitus*, ab eodem. Aoriſtus primus 14 paſsiuus 14 ἐσχέθην, ſimiliter ab ἔσχεται. ſic illi aoriſti quos notauimus pag. 153. 3. 7. & 8. εὑρέθην, ἡρέθην, ἐπηνέθην, ἐρρέθην, regulariter deduci poſſunt à paſsiuo perfecto verborũ in μι. in ſumma, verbalia quæ longam habent vocalem, proficiſcuntur à circunflexorum præterito: contrà quæ breuem, à verbo in μι. nam huius præteritum paſsiuum penultimam breuiat: vt χῆμα, *figura, forma*, ab ἔσχημαι: σχέσις, *habitus*, ab ἔσχημαι: 15 ἅλωσις, *captiuitas*, ἁλωτὸς, *captiuus*, ab ἥλωμαι, *captus ſum*: δόσις, *datio*, à 16 δέδομαι, *datus ſum*: & ita in reliquis.

10 11 12 ἄσχετος. σχέσις. 13 14 Annotatio. χῆμα. σχέσις. 15 16

ἵεμαι. 17 17 Ἵημι, *induo* vel *ſedeo*, augetur per ει, Præteritum paſsiuum, εἷμαι. Plus quam perfectum, εἵμην. Participium, εἱμένος. Aoriſtus primus, εἷσα. Participium

17 ἵεμαι.

ticipium ἔσας. Verbale, εἷμα ἕματος, *veſtis*, augmentum ſeruat, vnde ἱμάτιον, *veſtimentum*, ablato ε: [18] ſic ἰϛέον, *ſciendum*, ab εἶδω. *ſcio*: [18] ἰτέον, *eundum* ab εἶμι, *eo*. 18

εἷμα. ἱμάτιον. ἰϛέον. ἰτέον.

HVIVS Infinitiuus ἔχϛ, Atticè, Doricè ἐχέμεναι, Ionicè ἐχέμεν, habere, regere, Imperfect. ἔχον: augetur enim per ε, 139. 17. ſine augmento ἔχορες ον, agebam vel agebant, as, at. [2] Et medium ἔξομαι, adhærebo. vide 149.25. & 150.12. [3] Vide, 88.26. Hinc imperatiuus σχέ, habe: ὕπσχε, mane, ſubſiſte: ſubiunct. σχῶ: prima pluralis σχῶμεν: cum κατ' κατέχωμεν, contineamus: infinit. σχεῖν, Ionicè) 59.4 σχέμεν, obtinuiſſe: cum præpoſitione Æolica ἀμπὶ (117 29.) ἀμπισχεῖν, induere. particip. σχὼν, σχόντος, occupans, potitus. σχόντες, tenentes. A σχέω, optatiui præſens σχέοιμι σχοῖμι, & Atticè (89 3. (σχοίην, σχοίης, σχοίη, haberem, es, et. A σχέω quoque ducitur futurum σχήσω: vnde medium σχήσομαι: infinit. σχήσεσθ, aſſecuturum eſſe. ſic & compoſita, vt ἀναχέω τὸ ἀνέχω, μ. ἀναχήσω, ἀναχήσϛς, ἀναχήσϛ, tollam, es, et: ὑποχέω, μ. ὑποχήσω, ϛς ει, ſeparabo, is, it: ὕπσχέω, μ. ὕπσχήσω, ϛς, ει, expectabo, is, it: infinit. ὕπσχήϛ, repreſſurum eſſe. [4] Referendum ad ἐπέχω ſiue ad ὕπσχέω: hinc etiam infinitiuus ὕπσχεῖν, expectare: & particip. ὕπσχὼν, expectans: ὕπσχόντες, differentes. ab ὕπσχέω, in tertia ſinguli ſubiuncti paſſiui ὕπσχέϖται ὕπσχῆται, inhibeat. [5] Thema eſt πρϵχέω, vnde aoriſtus ſec. πρϵέχον, quaſi à πρϵχέω: medius πρϵϵχόμην: tertia pluralis πρϵέχοντο, prætendebant: participium actiuum πρϵχὼν, præeminens: at πρϵσσχὼν per duplex σ, appellens vel qui appulit, à πρϵσέχω: vnde aoriſtus ſecund. πρϵσέχον, πρϵσέχες, πρϵσέχεν, appuli, iſti, it, quaſi à πρϵσσχέω: quòd componatur è πρὸς & σχέω: tamen hæc differentia paſſim confunditur, dum concurrit duplex σ ante χ nam alterum abiicitur: vt incertum fiat ad πρϵέχω ne, an ad πρϵσέχω huiuſmodi tempus ſit referendum. [6] Quære in φέρω. [7] Vide, 106.4. & 107.20. [8] Optatiuus σχοίμην, σχοῖο, σχοῖτε, continerem, es, et: tertia pluralis σχοῖντο, & Ionicè (66.12.) σχέατο, continerent: particip. σχόμενος, captus, retentus. [9] Et cum altero augmento ἠνεσχόμην, 141.37. Imperatiuus ἀνάσχου & Ionicè (68.25.) ἀνάσχεο, ſer patienter, patere: optat. ἀνασχοίμην, ἀνάσχοιο, ἀνάσχοιτο, & poëticè ἄσχοιτο, toleraret, 50.11. particip ἀνασχόμενος, tolerans, eleuans. Aoriſtus ſecundus act. ἀνέσχον, extuli vel extulerunt: particip. ἀνασχὼν, όντες, eleuans, Hęc ſunt referenda ad ἀνέχω & ἀνέχομαι, vel ad ἀναχέω. reperitur etiam ἀνίσχω, eleuo, orior: vnde in ſubiunctiuo ἀνίσχωσι, eleuent: & particip. ἀνίσχον, ουσα: ἀνίσχοντες, eleuantes. Imperatiuus paſſ. ἀνίσχου, & Ionicè (68.25.) ἀνίσχεο, te contine. [10] Ionicè σχέο, tene. [11] In indicatiuo ἀπσχόμην, me continui: ſubiunctiuus ἀπσχωμαι, abſtinuerim: particip. ἀπσχόμενος, ſe abſtinens: & aoriſtus actiuus ἀπέσχον, es, ες, abſtinui, iſti, it: infinit. ἀπσχεῖν: particip. ἀπσχὼν, ab ἀπέχω ſiue ἀπσχέω, quod & ἀπίσχω, abineo. [12] Eſt imperfectum vel aoriſtus ſecundus vocis mediæ: hinc cum præpoſitione Æolica ἀμπὶ (117.29.) ἠμπισχόμην, induebar: augetur initio vt ἠμπισχόμην ab ἀμπίσχομαι, 172.1. Ab ἴσχομαι imperatiuus ἴσχου, & Ionicè (68.25.) ἴσχεο, continere: participium ἰσχόμενος, ſe reprimens. [13] At aliud verbale eiuſdem formæ ἕξις, εως, habitus, ducitur tanquam ab ἕξω ſecunda perſona perfecti paſſiui formata ab ἔχω, cuius futurum ἕξω: perfect. ἔσχα (augetur per ε, 139.17. & futuri ſpiritum ſeruat) paſſ. ἔσγμαι, ἔσχαι. ſic à tertia ἔσχαι fit ἐκτέον, habendum eſt, 126.17. cum ὑπὸ, ἀφεκτέον, abſtinendum eſt, ab ἀπέχομαι, abſtineo: cum ὀν, ὀνεκτέον, referendum eſt, ab ὀνέχω, verum referri debet ad φέρω, quod ſumit quædam tempora ab ὀνέχω, vt ſuo loco dicetur. ab eadem tertia perſona ἔσχαι fit aoriſtus primus ἔσχθην: vnde particip. ἐσχθείς, ἐσχθέντος, cum ἀνὰ, ἀνεσχθέντος, attracti. [14] Cum

ἠμπισχόμην. ἴσχεο. ἕξις. ἐκτέον. ἀφεκτέον. ὀνεκτέον.

ἀνεχέθλω. ἀνὰ, ἀνεχέθλω, ſuſtinui: augetur in principio & in medio vt ἀνεχόμλω, de quo
15 paulò antè, numero 9 mentionem fecimus. [15] Vide 171.14 [16] Vide, 108.
16 21. [17] De hoc 139.21. & 30. & copioſè 174.31 & 44. [18] De ἴσθι & ἴστω vi-
17 de infrà inter ea verba quæ ab iota incipiunt.

Appendix. 18 Ἐλαύνω, impello, ago, abigo, futur. ἐλάσω, abigam, ab ἐλάω: aor. prim. ἤλασα, ἤλασας, ἤλασε, ſine augmento ἔλασα, ἔλασας, ἔλασε, irrui, penetraui, iſti, it. pro ἤλασεν, Ionicè ἐλάσασκε, cõturbauit, impulit, 47.39. ſic in imperfect. ἐλάσκον, ες, ε, ducebam, as, at, pro ἤλαυνον, ες, εν, ab ἤλαυνα, ſiue pro ἤλων, ἤλας, ἤλα, ab ἐλάω: vnde & in tertia perſona ἐλάᾳ ἐλᾷ, & poëticè (92.25. & 29.) ἐλάα ſiue ἐλάα, curſum init: ſic & in infin. ἐλάᾳν ἐλᾶν, & poëticè ἐλάαν, incitare. ſed re- 10
deamus ad aoriſtum prim. ἤλασα, tertia plur. ἤλασαν, ſine augmento ἔλασαν, & ſyncope ἔλσαν, abegerunt: ſic in infin. ἔλσαι pro ἐλάσαι & pleonaſmo τοῦ ε, ἐέλσαι dicitur & ἐλάσσαι geminato λ pro ἐλάσαι, abegiſſe, prolapſum eſſe, part. ἐλάσας, ἔλσας, profectus: item, feriens: in ſubiunctiuo ἐλάσω, ἐλάσῃς, curram agitem, agites, aoriſt. prim. med. ἐλασάμλω: infinit. ἐλάσασθαι, abegiſſe partic. 15
ἐλασσάμλος & poëticè geminato σ, ἐλασσάμλος, qui abegit. Perfectum ἐλακα, Atticè (144.7.) ἐλήλακα, expuli, abegi: plus quàm perfectum ἐληλάκη, ης, ει, promoueram, as, at: tertia pluralis ἐληλάκεισαν & Atticè (146.26.) ἐληλάκεσαν, eiecerant: partic. ἐληλακὼς, qui peruenit. perfect. paſſ. ἤλαμαι σαι, ται. non aſciſcit σ, 155.3). (vnde aoriſtus prim. ἠλάθλω. eiectus ſum: & partic. ἐλαθεὶς, tranſ- 20
fixus) cum Attica reduplicatione ἐλήλαμαι, ἐλήλασαι: ἐλήλαται, ductus ſeu immiſſus ſum, es eſt: particip. ἐληλαμένος, productus: inductus, ſubmotus: plus quàm perfect. ἐληλάμλω, ἐλήλασο, ἐλήλατο, immiſſus eram, eras, erat: & rurſus cum temporali augmento (146.33.) ἠληλάμλω, ἠλήλασο, ἠλήλατο: tertia pluralis ἠλήλαντο. diſcurrebant. 25

ἔρχομαι ab ἐλεύθω. Ἔρχομαι, venio, accedo, inſto: futurum med. ἐλεύσομαι, veniam: partic. ἐλευσόμενος, venturus ab ἔλευθω. aoriſt. ſec ἦλυθον, ἦλυθες, ἦλυθε, & ſyncope ἦλθον, ες, ε, 148.22. & 149.5. & 23, cum ἀπὸ ἀπῆλθον, pro quo Theocritus dixit ἀπῆνθον, abij, diſceſſi. Infin. ἐλθεῖν veniſſe, profectum eſſe, Doricè ἐλθέν, Æolicè & Dor. ἐλθῆν, Atticè & Dor. ἐλθέμεναι, 59.4. & 16. partic. ἐλθὼν, greſſus. Perfectum ἦλυθα: medium ἦλυθα. & Atticè (144,18.) ἐλήλυθα, ἐλήλυθα: plus quàm perfect. ἐληλύθη, ἐληλύθει, 146.36.

Η

ἦν δ' ἐγώ: ἦ δ' ὅς. 1 Ἦν δ' ἐγὼ, inquam autem ego: ἦ δ' ὅς, inquit autem ille, dicta ſunt per aphæreſim à φημὶ, pro
2 quo ἠμὶ, *dico*: [2] ἔφλω, ἔφης, ἔφη, & φλῶ, φῇς, φῇ, vnde ἦν, 35
ἦς, ἦ, *dicebam, bas, bat, vel dixi, ſti, it.*

ἦν, ἦς, ἦ. ἦθα. Ἦθα pro ἦς, *eras*, pagina 157. verſu 22.

ἤδομαι. 3 Ἦδλω, lætatus ſum: & [3] optatiuus ἡδείλω, aoriſtus primus ab ἤδομαι, *lætor.*

1 ΟΣ eſt articulus poſtpoſitiuus pro pronomine demonſtratiuo οὗτος vel 40
2 ἐκεῖνος, 115.27. [2] Ἔφλω eſt imperfectum vel aoriſtus ſecundus vt habes, 164.
ἔφλω. 24. & 25. reiecto augmẽto Ionicè dicitur φλῶ, & per aphæreſim ſiue abiectio-
3 nem primæ literæ φ, λῶ, 165.3. [3] Infiniciuus ἡδῆναι: cum ἥδομαι, ἐφηδῆναι, lætari: participium ἡδὺς, oblectatus, gauiſus.

Θ

1 [1] Θάπλω, *ſepelio*. Futurum θάψω. Aoriſtus prim. 45
θάπλω à τάφω. ἔθαψα. Aoriſtus ſecundus paſſ. ἐτάφλω, à τάφω.

[2] Θέλω

[2]Θέλω vel [3]ἐθέλω, *volo*, tempora ſumit à [4]θελέω vel ἐθελέω. Sunt autem plurima tum verba tum nomina διπλολογούμενα, hoc eſt, quæ dupliciter dici poſſunt, ὀρὸς & ὀρρός, *ſerum lactis*: ἄτροφος, ἀτροφὴς, *non alens*: ταφὶς, ἀταφὶς, *vua paſſa*: μικρὸς, σμικρὸς, *paruus*: ἀπάρω, ἀπαύρω, *trepido*. εὐθέως, εὐθεως, *abundo*: [5]θρυλῶ, θρυλλῶ, *diuulgo*: ναυαγῶ, ναυηγῶ, *naufragor, naufragium facio*: ἑήκω, ἑστήκω, *permaneo*: [6]ἀλινδοῦμαι, κυλινδοῦμαι, *verto, verſor*. Multa præterea ſunt vel barytona vel circunflexa, [7]ῥίπτω, ῥιπτέω, *proijcio*: κύω, κυέω, *vterum fero*: [8]ἕλκω, ἑλκέω, *traho*: [9]εἰδέω, εἴδω, *ſcio*: [10]δόκω, vnde δόξω, & δοκέω, *puto, cenſeo*: [11]τεύχω & τευχόω, *vexo*: vnde τετευμένος, *extenuatus*. [12]Alia & barytona & circunflexa & in μι, ἴδω, εἰδέω, ἴδημι, *ſcio*. Alia in diuerſis coniugationibus, [13]δωάω, δωάζω, *poſſum*: quorum omnium varietas legendis authoribus eſt obſeruanda.

[14]Θνήσκω, *morior*. Futurum, θανοῦμαι. Aoriſtus ſecund. [15]ἔθανον, à θένω. Præteritum, [16]τέθνηκα à θνάω. & Ionice τέθναα, [17]vt βέβηκα, βέβαα, *iui*. Imperatiuus, [18]τέθναθι. Optatiuus, [19]τεθναίην. Infinitiuus, [20]τεθνάναι. Participium, τεθνὰς, à τέθνημι præſenti, [21]quod reduplicatur per ε, vnde fit τεθνᾶσι tertia pluralis, vt [22]ἱᾶσι: quanquam poteſt τεθνᾶσι præteritum pro τεθνάασι, per craſim, vt etiam infinitiuus, τεθνᾶναι per ᾶ circunflexum, pro τεθνάέναι. Participium autem τεθνεὼς, à θνέω, τέθνημι. [23]Præteritũ Bœoticum τέθνεια per ει, & Ionice τέθνεια, τεθνειὼς, & ablato ι [24]τεθνεὼς, pro quo poëtæ [25]τεθνηὼς, *mortuus*.

2,3 θέλω à θελέω. ἐθέλω ab ἐθελέω. *Auxetatio.* διπλολογούμενα.

Multa vel barytona vel circunflexa.

δόξα.

Quædam verba & barytona & circunflexa & in μι.

Verba diuerſarum coniugationum.

θνήσκω à θέτω, θνάω, τέθνημι & θνέω. τέθναα.

Ionica reduplicatio per ε. τεθνᾶσι.

τεθνειὼς.

τεθνεὼς.

τεθνηὼς.

30 VIDE 154 2 & 33. Huius perfect. paſſ. τέθαμμαι, τέθαψαι: partic. τεθαμμένος, ſepultus: paulò pòſt fut. τεθάψομαι, ψῃ, ψεται, mox ſepeliar, eris, etur. 1

λω̃, λῇς, λῇ.

λω̃, λῆτε, λῶ.
λήσω.
ἕλησα.
ἐθέλησθα.
θελῆσαι.
ἠθελήκεναι.
τεθελήμεθα.
θελητέον.
λ è *dictionibus ſublatum.*

2 [2] Vide 149.33. & 178.33. Huius ſubiunctiuus θέλω, θέλῃς, θέλῃ, & Doricè λω̃, λῇς, λῇ: poterimus tamen hæc deducere à λάω, in ſubiunctiuo λάω, λάῃς, λάῃ, craſi λω̃, λᾷς, λᾷ, & Doricè (90.12.) λω̃ λῆς, λῆ, velim, is, it. ab eodem λάω, fut. λήσω, & Doricè (47.19.) λησῶ: aoriſt. primus ἔλησα pro ἔλεσα, reiecta futuri
3 conſonante. [3] In ſubiunctiuo εθέλω, ἐθέλῃς, & Æolicè (157.22.) ἐθέλησθα, ve- 5
4 lis. [4] Futur. θελήσω: aor. prim. ἐθέλησα: partic. θελήσας, θελήσασα, θελῆσαν, volens. In perfect. affirmant non dicendum τεθεληκέναι à θέλω, ſed ἠθεληκέναι ab ἐθέλω, cuius fut. ἐθελήσω, ἐθελήσῃς, cupiam, es. reperitur tamen à τεθέληκα paſſiuum τεθέλημαι: prima plur. τεθελήμεθα, voluimus: aoriſt. prim. ἐθελήθην: vnde
5 part. θελητέος, neutrum θελητέον, quod paruit. [5] Non ratò λ è dictionibus ſub- 10
latum offendes, vt Ἀχιλεύς, Ἀχιλεύς, Achilles: genitiuus Ionicus (27.27. & 37.3.) Ἀχιλῆος: θάλλω, florentem, pro θάλλοντα, à θάλλω, floreo. ſic è principio, λείβειν, εἴβειν, libare: λαιψηρὸς, αἰψηρὸς, celer: & λαιψηρὰ, αἰψηρὰ, celeriter.
6 [6] Dicimus pro eodem κυλινδοῦμαι, κυλίνδομαι, κυλίομαι & εἱλινδοῦμαι. Primæ
7.8 coniugationis circunflexorum ſunt ea verba quæ hic à CLENARDO re- 15
cenſentur finita in ῶ & ῶμαι. [7] De his 179.1. & 9. [8] Vide 139.18. [9] De his
9 193.40. [10] Vide 179.27. [11] Inuenitur quoque τρύω in eadem ſignificatio-
10 ne, vnde τετρυμένος, idem quod τετρυχωμένος. [12] Sic φέρω, φερέω, φέρνμι,
11 vnde φέρνσι, fert: βείθω, βειθέω, βείθνμι, vnde βείθνσι, oneratur, fructu gra-
12 uatur: ἀνέχω, ἀνεχέω, ἀνέχνμι, vnde ἀνέχνσι, ſuſtinet. [13] Vide 152.35. 20
13 [14] Quære 176.38. [15] Sine augmento θάνον, θάνες, θάνε: cum κατὰ, κατεθάνον,
14 & poëticè (50.11.) κάτθανε, mortuus eſt, obiit: optat. θάνοιμι: ſubiunct. θάνω,
15 θάνῃς, θάνῃ, cum χῦ poëticè κατθάνῃ pro καταθάνῃ, moriatur: infin. θανεῖν, κατθανεῖν pro κεταθανεῖν, mori: pro θανεῖν Ion. (59.18.) θανέειν: part.: θανὼν, mortuus.
fut. ſec. θανοῦμαι, vnde medium θανοῦμαι, moriar: infinit. θανεῖσθαι, & Ionicè dialyſi 25
(74.33.) θανέεσθαι, mori: partic. θανούμενος, θανουμένη, hinc κατθανουμένη pro κατα-
16 θανουμένη, moritura. [16] Plus quàm perfect ἐτεθνήκειν, obieram: partic. τεθνηκὼς,
17 extinctus. [17] De hoc & ſimilibus 106.28. [18] Tertia perſona τεθνάτω, inter-
18 ficiatur. [19] Tertia τεθναίη: cum χῦ, κατατεθναίη, moriatur: in plural. τεθναίη-
19 μεν, τεθναίητε, τεθναίησαν, ſyncope τεθναῖμεν, τεθναῖτε, τεθναῖεν, 187.33. [20] Doricè 30
20 (59.4.) τεθνάμενναι, & Ionicè τεθνάμεναι. [21] Vide 165.13. [22] De hoc 104.43.
21 [23] Vide 105.13. & 106.29. [24] Huius obliqui per ῶ circunflexum, τῦ τεθνεῶ-
22 τος, τῷ τεθνεῶτι, τοῖς τεθνεῶσι, & fœm. ἡ τεθνεῶσα, τῆς τεθνεώσης: quare magis pla-
23 cet vt ſit dictum per epentheſim vocalis ε pro contracto τεθνὼς, τῦ τεθνῶτος ab
24 Ionico τεθνεὼς, τεθνεῶτος: vt γεγαὼς, γεγαῶτος per epentheſim τῦ α, pro con- 35
tracto γεγὼς, γεγῶτος: & ἑστὼς, ὦτος epentheſi τῦ ε, pro ἑστὼς, ὦτος: de quibus
25 108.1. [25] Vide 107.41. vel dic ineſſe poëticam ectaſim.

Θοάω incito, acuo: aor. prim. ἐθόασα, excitaui, acui: infin. θοῶσαι, acuere, nitidum reddere, quaſi à θοέω, μ. ώτω.

Appendix.
θοάω à θοέω.

I

1 [1] Ἴδμεν pro ἴσμεν, *ſcimus*, more Dorico, vt ὀσμὴ, 40
ὀδμὴ, *odor, olfactus.*

ἴδμεν.
Doriſmus.

2 Ἰκνεῦμαι, *peruenio*. Futurum, [2] ἵξομαι. Aoriſtus
3 ſecundus medius, [3] ἱκόμην ab ἵκομαι. Sic [4] ἀφικνεῦμαι,
4 5 *venio, peruenio*. Præteritum paſſiuum [5] ἀφῖγμαι.
6 Aoriſtus ſecundus medius, [6] ἀφικόμην. 45

ἰκνέομαι ab ἵκομαι.
ἀφῖγμαι.
ἀφικόμην.

7 [7] Ἵεμαι, *volo, as*. Futur. [8] ἥσομαι. Aoriſtus ſe-
8 9 cund. [9] ἐμὴν: medius [10] ἑμάμην. Particip. ἑάμενος,

ἵεμαι à πάω, πέω & ἵημι.

ἀπο-

ἀποπλάμενος, *euolans*. Infinitiuus [11] πλάσθαι, & α verso in ε dicitur [12] πλέσθαι, ὑπεπλέσθαι, *deuolasse*. Quam quam sunt quædam vel primæ vel secundæ coniugationis, vt τέθνημι, *morior*, à θνέω vel θνάω: ita fuerit πλάσθαι à πλάω, ἵπλημι: at πλέσθαι à πλέω, ἵπλημι. sic composita [13] ἀφίπλαμαι, *euolo*: [14] καθίπλαμαι, *deuolo*. Præteritum passiuum [15] πέπλαμαι, vel ab ἵπλημι, vel à πλήμι. multa enim nunc reduplicatione sunt affecta nunc carent: πλῆμι, ἵπλημι: [16] τλῆμι, τέτλημι, *tolero*: & consimilia.

[11] α in ε.

[12] Quædã verba sunt vel primæ vel secundæ cõiug. circunflexorum.

[13] [14]

[15] Annotatio de reduplicatione.

[16]

[17] Ἰστέον, sciendum, ab εἴδω, *scio*. Præter. pass. εἶσμαι, εἶσαι, εἶσται, verbale εἰστέον: at ἰστέον dicitur reiecto ε, vt [18] ἱμάτιον, *vestimentum*, sine diphthongo. cum tamen fiat ab εἷμα, εἵματος. *vestis*,

[17] ἰστέον & ἀστέον.

[18]

[18] Ἰτέον, & pleonasmo ἰτητέον, *eundum*, ab εἶμι, *vado*. Præteritum actiuum esset εἶκα: passiuum εἶμαι, εἶσαι, εἶται, , vnde εἰτέον, & ε sublato, ἰτέον, vt fit in ἰστέον & ἰστός. Contrà fit in θέμα, θέσις, *positio*: ἄφεσις, *remissio*: & huiusmodi. siquidem factum est θέμα à præterito passiuo τέθεμαι, vnde regulariter deduceretur θεῖμα: sed dicitur θέμα, reiecta subiunctiua, aut habenda estratio legitimi præteriti, neglectis Bœotis, quo modo diceremus πέθημι: perfectum, τέθηκα: passiuum, τέθεμαι, , corripiendo penultimam, vnde θέμα, θέσις. & ἵημι, *mitto*: perfectum, εἷκα: passiuum, εἷμαι, ἄφεμαι, *dimissus sum*: vnde ἄφεσις, & ita in cæteris.

[18] ἰτέον, ἰτητέον.

θέμα, θέσις. ἄφεσις.

D 2 Hoc quoque 188. 12. & 190. 30. [2] Compositum cum ἀπὸ, ἀφίξομαι, perueniam: tertia plur. ἵξονται. ἀφίξονται. pro ἵξονται, legitur ἴσονται, ibunt, ξ in σ mutato. A futuro ἵξομαι fit præsens ἵξω (167. 28) imperfectum ἵξον, quo Bœoti vtuntur pro ἶκον, iuerunt, venerunt: alij malunt esse ipsum ἶκον, κ in ξ Bœoticè mutato: sic εἵξασι, (de quo 146 1.) non pro ἔξασι, vt quidam volunt, sed pro εἴκασι, similes sunt: præteritum ab εἴκω. [3] Tertia dualis ἰκέσθην, vel

1. 2 ἴσονται. ἵξον. εἵξασι.

ἵκω. nerunt. & tertia plural. ἵκοντο. Imperatiuus ἱκοῦ. (at præsens, ἵκου, & Ionicè ἵκεο. veni, 60.25. ab ἵκομαι) opt. ἱκοίμην, Doricè ἱκοίμαν, 12.36. ſubiunctiuus ἵκωμαι,
ἵκνημαι. ἀφίκνημαι, ἵκμενος. ἵκνη & Ionicè (61.33.) ἵκνεαι, venias: cum ἀπό, ἀφίκνεαι, adueneris: tertia perſona ἵκνηται, ἀφίκνηται: infin. ἱκέσθαι: part. ἱκόμενος, ſyncope ἵκμενος, fluens: ſunt qui
ἱκόμενος. 4 ſpiritu tenui efferant ἵκμενος. 4 Iones dicunt ἀπικνέομαι, 12.29 & 34. 5 Hinc 5
ἀπικνέομαι. 5 infinit. ἀφῖχθαι, deueniſſe. Vt ἀφῖγμαι, ita ſimplex ἶγμαι, vnde partic. ἰγμένος,
ἀπικόμενος. 6 profectus. 6 Participium ἀφικόμενος, & Ionicè (12.29.) ἀπικόμενος, progreſ-
7 ſus. 7 ἵπταμαι, ἵπτασαι, ἵπταται, vt ἵσταμαι, (98.26.) eſt ſecundæ coniugationis
verborum in μι, pro πίπταμαι à πτάω: ſpiritum aſperum pro π obtinuit, vt
ἵστημι. 8 huius imperfectum ἱπτάμην, ἵπτο, 110.5. 8 Et poëticè ſeruata reduplii- 10
ἱσπήσομαι. catione (99.25.) ἱσπήσομαι. Actiuum quoque πήσω reperitur: hinc aoriſt. prim.
ἔπτησα: particip. πήσας, cum δἰᾠ, δἰαἱπήσας, αντος, peruolans: δἰαἱπήσαντες λε-
9 πὰ pertenui cribro tranſmittentes. 6 Cum δἰᾠ, διέπτην, tranſuolaui. optat.
πταίην, volem: δἰαἱπταίην, peruolem: infinit. πτῆναι, volare: cum ἀνὰ, ἀναπτῆ-
ἀνεπτάμαν. πτάω. ναι, reuolare, ſubuolare: part. πτὰς, ἅπτᾶσα, volans: δἰαἱπτὰς, τῆ δἰαἱπτάντες, 15
10 tranſuolans. 10 Doricè (12.36.) ἐπτάμαν: cum ἀνὰ, ἀνεπτάμαν: pro ἀνεπτάμην,
ſurſum volaui: tertia perſona ἔπτᾱτο, ſine augmento πτάντο, volauit: ſeu vo-
labat, vt ſit imperfectum pro ἵπτᾱτο abiecta quoque reduplicatione: vel quaſi
πτῆμι, paſſiuum πτάμαι, imperfect. ἐπτάμην, ἔπτασο, ἔπτᾱτο, & depoſito au-
πτοῖτο. gmento πτάντο. In optatiuo pro πταίμην, πταῖο, πταῖτο, reperitur, πτοίμην, πτοῖο, 20
ἀνάπτοιτο. πτοῖτο, volem, es, et: hinc cum ἀνὰ, ἀνάπτοιτο, ſubuoler tãquam à πτέω vel πτάω,
cuius aoriſtus ſec. eſſet ἔπτον, medius ἐπτόμην: vnde πτοίμην, vt θοίμην, θοῖο, θοῖτο,
11 pro θεμένην, θεῶ, θεῖτο, 97, 21. 11 Hinc compoſita ἀναπτάδες, auolare: δἰαἱπτά-
12 δες, tranſuolare. 12 Cum ἀνὰ, ἀναπτέδες, fugere. 13 Participium ἀφιπτά-
ἐφιπτήσομαι. 13 μενος: fut. medium ἀφῑπτήσομαι, & poëticè ſeruata reduplicatione ἀφιπτήσο- 25
μαι: aoriſtus ſecund. ἀπέπτην: medius ἀπεπτάμην: particip. ἀποπτάμενος, de
14 quo paulò antè. 14 Fut. medium κτπήσομαι, κτπήσῃ, κτπήσεται,
15 deuolabo, is, it: aoriſtus ſec. κατέπτην: ſubiunctiuus καταπτῶ, καταπτῇς,
16 καταπτῇ, deuolauero, is, it: partic. κτπὰς, ἀντος, deuolans. 15 De
17 hoc 139.11. 16 Vide 165.16. 17 De ἵστον, ἱμάντον, 30
& ἵτὸν habes quoque 197. 2.

K

1 1 Καθέζομαι, ſedeo. Futur. ſecund. med. 2 καθε-
καθεδοῦμαι. 2 3 δοῦμαι: cur autem per δ ſcribatur dictum eſt 3 pa-
gina 62. verſu 16. & 19.

καθήσομαι. Κάθημαι, ſedeo. Futurum, καθήσομαι: de hoc pa- 35
gina 163. verſu. 1.

καθεῦδον. 1 IMPERFECTVM ἐκαθεζόμην, præpoſitio capit augmentum,
vt καθεύδω (141.25.) ἐκάθευδον, quod & ſine augmento καθεῦδον non enim plus
ſignificat quàm ſimplex ἕζομαι, ſedeo: cuius quoque fut. ſec. med. ἑδοῦμαι, ἑδῇ.
ἐδεῖτο: & actiuum ἑδῶ, ab ἕζω, fut. ἕσω: medium ἕσομαι: infin. ἔσεσθαι, poëticè 40
ἐφέσσεσθαι. ἐσσεῖσθαι. geminato σ, ἔσσεσθαι: cum ἐπὶ, ἐφέσσεσθαι, inſidere, collocare. Pro ἕζομαι Do-
ἐσσόμεθα. 2 res dicunt ἔσσεσθαι, 3. 24. vnde inſubiunctiuo ἐσσόμεθα, ſedeamus. 2 Infini-
3 tiuus καθεδεῖσθαι, manſurum eſſe: part. καθεδούμενος, ſeſſurus. 3 Ibi enim ait
verba quartæ coniugationis quæ ſequuntur tertiam, habere characteriſticã
δ in aoriſtis ſecundis, futuris ſecundis, & præterito perfecto ac plus quàm 45
perfecto vocis mediæ.

Appendix, καλέω. Καλέω, voco. Imperfect. ἐκάλεον, ἐκάλεες: vnde tertia Ionica (47.39) καλέε-
καλέεσκε. σκε pro ἐκάλει, vocabat: tertia plur. ἐκάλεον ἐκάλουν, & depoſito augmento
κάλουν. κάλουν, vocabant: in tertia plurali imperfecti paſſiui ἐκαλέοντο ἐκαλοῦντο, re-
iecto

iecto augmento & Doricè ᾱ in ω verſo (12.46.& 92.15.) κελεῦντο, vocabantur. Futur. κελέσω vel κελῶ, 88.12. Præterit. κεκέλκκα & ſyncope κέκλκα. cum ὀκ, ἐγκέκλκκα, criminatus ſum: & futur. ἐγκελέσω, criminabor. A κέκλκκα paſſiuum κέκλκμαι, κέκλκσαι: vnde cum præpoſitione ὀκ, reiecto augmento, fit verbale ὀκκλκσία, eccleſia, conuocatio, cœtus, ſic à tertia perſona κέκλκται ducuntur κλκτέος, vocandus, & κλκτός, vocatus, vnde rurſus poſſeſſiuum κλκτικός. vocatiuus, & verbum κλκτεύειν, in ius vocare. Plus quàm perfect. ἐκεκλκμλιν, ὀκέκλκσω, ὀκέκλκτο: vnde reiecto ε, fit tertia plural. Ionica & poëtica (66.2. & 15.) κεκλκάτο, vocati erant, pro ὀκέκλιντο: ſic tertia perfecti κεκλκάται & κεκλέαται pro κέκλιγται, vocati ſunt. aoriſtus prim. ὀκλήθλν: partic. κλκθείς, vocatus, inuitatus. Aoriſt. ſecun. actiuus ἔκελον: imperat. κέλε & poëticè Syracuſio more κέλον, 57.1.& 194.4. & 36. cum ἀνὰ, ἀνέκελον & poëticè (50.11. & 27.) ἄγκελον, reuoca. Fut. ſec. κελῶ, quo Attici pro κελέσω, vtuntur.

Κλάζω, reſono, clango. Futur. κλάγξω, & poëticè κεκλάγξω, latrabo, 49.22. perfect. κέκλαγγα: aoriſt. prim. ἔκλαγξα: tertia plural. ἔκλαγξαν: partic. κλάγξας, vociferatus, à κλάγγω. at à κλήγω ſumit aoriſtum ſecũ. ἔκλαγον, & præterit. medium κέκλαγα: participium κεκληγὼς, ὁτος: ἡ κεκλαγυῖα, τῆς κεκλαγυίας, & Ionicè (13.46.) κεκλαγυίης, clamans, antis: Homerus dixit in maſculino plurali. οἱ κεκλήγοντες pro κεκλαγότες, clamantes, latrantes: vel dicemus à præterito medio κέκλαγα fieri præſens κεκλήγω, vnde participium præſens κεκλήγων, οντος, in plurali οἱ κεκλήγοντες. Vide 194.42.

Κεράω, perficio: fut. κερῶ, 40 4. medium κεραῦμαι, 73.26.& 74 24. infinit. κεραεῖσθαι, & dialyſi Ionica (74.33.) κεραέεσθαι, abſolutum in. Aoriſt. prim. actiuus ἔκερα, Atticè ἔκρωα, 53.26. imperat. κρῶον, quod & κρῆλον, κρηλώατω, perfice, iat: ſecunda plur. κρηλώατε, perficite, tanquam à κρωαίνω, mutato priori αι in η, pro κρᾶηνον, κρωιλώατε. dicitur & κρᾶνον, ex vtroque α, reiecto ι.

κελεῦντο.

κέκλκκα.
ὀκκλκσία.
κλκτέος.
κλκτός.
κλκτικός.
κλκτεύειν.
κεκλκάτο.
κεκλκάται.
κεκλέαται.
ἄγκελον.
κλάζω ἀ
κλάγξω &
κλήγω.

οἱ κεκλήγοντες.

Κεράω ἀ κεραίνω.
κεραέεσθαι.
κρῆνον.
κρᾶνον.

Λ

[1] Λαγχάνω, *ſortior*: λαμβάνω, *ſumo*: λανθάνω, *lateo*: μανθάνω, *diſco*, tempora ſumunt à [2] λήχω, [3] λήβω, [4] λήθω, [5] μαθέω.

λαγχάνω. 1 2.3
λαμβάνω. 4
λανθάνω. 5
μανθάνω.

HÆC eſt veluti quædam exceptio regulæ de finitis in άνω, quam aſſignauit, 170.15. lege quæ in eum locum annotauimus. [2] Futur. λήξω: perfect. λέληχα & Atticè (145 13.) ἔληχα, ſortitus ſum. Aoriſt. ſec. ἔλαχον (cum δι, διέλαχον, ſortitus ſum) & poëticè ἔλαχον, 143.53. optatiuus λάχοιμι, λάχοις, λάχοι, & Attica formatione λαχοίην, λαχοίης, λαχοίη, vt ποίην, pro ποιοῖμι, 89.3. dicitur etiam poëticè (49.22.) λελάχοιμι: ſic in ſubiunctiuo λελάχω pro λάχω, ſortitus fuero: tertia plural. λελάχωσι, ſortiti fuerint: infin. λαχεῖν, hinc δι-λαχεῖν, ſortitum eſſe: partic. λαχὼν, ſortitus. ſumit quoque à κληρόομαι, futur. medium κληρώσομαι, ſortiar: & perfect. paſſ. κεκλήρωμαι, ωσαι, ωται; hinc infinit. κεκληρῶσθαι, ſortitò accepiſſe: particip. κεκληρωμένος, ſorte electus. aoriſt. prim. ἐκληρώθην: partic. κληρωθείς. Præteritum medium λέλογχα, ſortitus ſum, quaſi à λέγχω, 72.27. vel à λογχάω, 88.15. [3] A λήβω, futur. λήψω: medium λήψομαι, λήψῃ, & Doricè (12.36. & 48. atque 47. 19.) λαψοῦμαι ſiue λαψοῦμαι, λαψῇ, ſumam, ſumes. Perfect. actiuum λέληφα, & Atticè (145.13.) εἴληφα: vnde infin. εἰληφέναι: cum συν. ζωειληφέναι, concepiſſe: partic. εἰληφὼς, qui cepit: hinc ζωειληφὼς: ἡ ζωειληφυῖα, quæ concepit. Perfectum paſſiuum λέλημμαι & εἴλημμαι, captus ſum: εἷλῆφθαι, aſſumptus eſt: particip. λελημμένος & εἰλημμένος, deprehenſus: συνειλημμένος, captus, comprehenſus. aoriſtus primus ἐλήφθην: infinitiuus ληφθῆναι, captum eſſe: participium ληφθεὶς, captus: cum ὑπὸ, in nominatiuo plural. ὑπολαφθέντες, & Doricè (12.36.) ὑπολαφθέντες, intercluſi: ſic in part. perfecto ὑπολελαμμένος pro ὑπολελημμένος, intercluſus. ab aoriſt. pri-

λαγχάνω.
λαμβάνω.
λανθάνω.
μανθάνω.
λαγχάνω ἀ 1
λήχω. 2
ἔληχα.
ἔλαχον.
λαχοίμι.
λελάχοιμι.
λελάχωσι.
ἀ κληρόομαι.

ἀ λήχω vel λογχάω.
λαψοῦμαι.
λαψοῦμαι.
λαψῇ.
εἴληφα.

ὑπολαφθέντες.
ὑπολελαμμένος.

λάβεσκε. ἔλαβε. λάβῃσι. λαβεῖν. ἐλάβετο. λελαβέσθαι.

μο ἐλήφθω, ἐλήφθης, fit futurum prim. ληφθήσομαι, capiar. Aoriſtus ſecundus act. (54 30.) ἔλαβον, ἔλαβες, hinc tertia Ionica (47.39.) λάβεσκε, ſumpſit, pro ἔλαβε: pro ἔλαβε quoque poëtæ dicunt ἔλλαβε, 143. 53 imperat. λάβε & Atticè λαβέ, 150. 42. ſubiunctiuus λάβω, λάβῃς, λάβῃ, & Ionicè (151. 14.) λάβῃσι, capiar. infinit. λαβεῖν, Doricè (12.43.) λαβῶ, & Æolicè (13.12.) λάβεν: particip. λαβών, nactus. Aoriſtus ſecundus med. ἐλαβόμην, ἐλάβυ, ἐλάβετο, & poëticè (143.53.) ἐλλάβετο: pro ἐλαβόμην dicunt etiam poëtæ (49.22.) λελαβόμην: hinc in infinitiuo λελαβέσθαι pro λαβέσθαι, cepiſſe. particip. λαβόμενος, qui cepit.

4 [4] Futurum λήσω: medium λήσομαι, λήσῃ, λήσεται, latebo, is, it, ſeu obliuiſcar: particip. λησόμενος. Perfectum paſſ. λέλησμαι, λέλησαι, λέληται, abſconditus ſum, es, eſt: infinit. λελῆσθαι, oblitum eſſe: particip. λελησμένος, oblitus, pro quo Doricè η in α mutato (12.26) inuenitur λελασμένος à λάθομαι pro λήθομαι: vnde & λάθεται pro λήθεται, immemor eſt: in prima plurali perfecti λελάσμεθα pro λελήσμεθα, obliti ſumus: & aoriſtus prim. ἐλάσθην: infin. λασθῆναι. & Ionicè (59.4.) λαθῆμεν pro λαθῆναι, oblitum eſſe. Aoriſtus ſecundus ἔλαθον, ἔλαθες, ἔλαθε, & poëticè (49.22.) λέλαθον, ες, ε, latui, iſti, it: optat. λάθοιμι, λάθοις, λάθοι: ſubiunct. λάθω: infinit. λαθεῖν: particip. λαθών, όντος, qui latuit. Aoriſtus ſecundus med. ἐλαθόμην, & poëticè quoque λελαθόμην: vnde in optat. λελάθοιτο, pro λάθοιτο, oblitus fuerit: & infinit. λελαθέσθαι pro λαθέσθαι, obliuiſci. rurſus pro ἐλαθόμην, ου, ετο, Iones reiecto augmento & verſo α in η, λαθόμην, λάθυ, λάθετο: niſi mauis imperfectum eſſe à λήθομαι. Perfectum medium λέλησθαι, ας, αι, latui, iſti, it: plus quàm perfect. ἐλελήσθην, ης, ει, & Ionicè (147.3.) ἐλελήσθεα, ἐλελήσθεας, ἐλελήσθεε, oblitus eram, as, at: tertia plural. ἐλελήσθεσαν, & Atticè (146.26.) ἐλελήσθεσαν, obliti fuerant, particip. λελησθώς, ότος: hinc aduerbium λελησθότως, latenter, ſenſim. [5] De hoc, 170.38.

λελασμένος. λάθεται. λελάσμεθα. λαθῆμεν. λέλαθον.

λελάθοιτο. λελαθέσθε. λήθετο.

ἐλελήσθεε. ἐλελήσθεσαν.

Ο

εἶμαι. ἔμμεν. εἰήσομαι. ὤιμην. οἶδα.

1.2 [1] Οἶομαι, & ſyncope οἶμαι, *puto*. Imperfectum, [2] ᾤμην. 3 Futurum, [3] οἰήσομαι. Aoriſtus, [4] ᾠήθην ab οἴομαι.

4 5 Οἶδα, *noſti*, ab [5] εἴδω, *ſcio*: præteritum medium, οἶδα: ſecunda perſona οἶδας, & Æolicè οἴδασθα, deinde per ſyncopen οἶσθα. Eſt autem pleonaſmus θα familiaris perſonæ in ς, [6] ἶσθα, *is vel ibis*: [7] ἦσθα, *eras*: 7 8.7 [8] παρῆσθα, *aderas vel adfuiſti, interfuiſti*: [7] ἔφησθα, *dicebas vel dixiſti*: 9 [9] ἐπέξησθα, *eruperis*: [10] πῖσθα, *biberis*: 10 11 [11] ᾔδεισθα vel ᾔδησθα per η, *noueras*.

Sa adiectio Æolica.

οἷός τε. ἐφ' ᾧτε.

